

Collectaneum
 Rerum gestarum et eventuum
 cum aliis externis tum patriae tum Ordinis

Volumen tertium

Anno Domini 1630 1^a Septembris



Ponantur ante oculos nostros gesta praeterita
 propter cavenda futura. (Augustinus)
 Nam, teste Philosopho, gesta praeteritorum
 temporum sunt indicia praesentium et futu-
 rorum. (Aristoteles.)

Annales patrum discute, inde poteris
 bona exempla extrahere, quia acta praeterita
 dant certum documentum de futuris.

(Aristoteles ad Alexandrum.)

Tota die verecundia mea contra me est. (Psalm. 43.)

Anagramma
Petrus de Wal

Sæpe vult dura.

Sæpe pati vult dura Petrus de Wal (sibi durus).

Pro Jesu Christi nomine, amore, fide;
ergo percipiet sine fine (in fine) coronam
de larga Domini cunctipotentis manu.

Aliud Epigramma

Res dura est vallum, petra et durissima res est

sicque sibi est durus Wallius ipse Petrus.

Amico et Confratri pangebatur Venerabili et doctus Pater Senior
Cartusick Lovaniensis D. Joannes de Steelant, quondam in
seculo nobilis, et pro Principe Leodiensi ad Cæsarem Ru-
dolphum II legatus.

Responsio ad prædictum Patrem
Eternam blanda me querere voce salutem
hortaris, Pater: at mollia sæpe volo.

Aliud anagramma

Collectionis hujus libri

et rancus dico Cu Laus de rupe sonora

Discordant rebus nomine sæpe suis.

Deus meus misericordie mea. (Psalm. 58).

Prologus.

Frater Petrus de Wal Cartusianorum Brusellensium minimus
 carae posteritati per silentii et solitudinis quietem, et alia
 pia Ordinis exercitia ad supernae contemplationis pertin-
 gere gloriam.

Volumina duo, deo auxiliante, de rebus gestis et eventibus Cartusiae
 Brusellensis absolvimus; nunc restat tertium de restauratione epi-
 sem intra muros oppidi. Nequum enim Deus complevit in nobis vaticini-
 um legis Prophetae dicentis: Quoniam non intellexerunt opera
 Domini et in opera manuum eius destruxerunt illos et non edificabis eos;
 sed poenituit eum super malo quod fecit nobis, et post septennium
 esilii (quod spatium etiam puniendis criminibus a iudicibus
 temporalibus praescribi solet) reduci. Patres ad propria; nec multo
 post non minus benigna quam mirabili eius providentia domus
 haec a fundamentis surrexit et ad perfectum deducta est praeter
 ceteris domibus provinciae quae his turbulentis temporibus exsistat
 fuerunt. Ne autem Congregationi nostrae impropere quod
 non cognoverit tempus visitationis suae; aut per alium
 Jeremiam prophetam dicat nobis Dominus: Ita ad locum
meum in Silo (in Scherit) ubi habitavit nomen meum, et
 Virginis Matris meae, et videte quae fecerim ei propter malitiam
 populi mei. Intelligamus opera Domini, hanc domum edifica-
 tionem Domini esse, agnoscamus beneficium, bene utamur
 cellae solitudine ac quiete, applicemus animum ad considera-
 da et cognoscenda insuper et praecipue mirabilia opera ma-
 num eius, quae Deus ipse fecit per se (non per secundas causas)
 in creatione, in redemptione, in gubernatione generis humani.
 His instructi meditationibus si pure et strenue divinis insis-

Ps. 27.

Luc. 19.

Ezr. 7.


4
tamus laudibus in oratorio nobis quoque preparato, profecto sen-
tiemus suavitates psalmodiarum, et in meditatione nostra exar-
descet ignis divini amoris. Opera pretium igitur erit scire et
recordari, quorum labore et industria, quorumve liberalitate et
munificentia hæc nobis provenerint bona, commoditates et media
serviendi Deo. Scribantur hæc in generatione altera, ait divinus
Psalter, et populus qui creabitur laudabit Dominum, imo et excita-
bitur ad devotius orandum pro benefactoribus suis; dabo igitur
operam ut ipsorum memoriam amanter et pie colam vindic-
cemque ab oblivione hominum eorum nomina, qui optime de
hac domo atque adeo de universo Ordine et republica meriti sunt,
et divinum cultum suis laboribus amplificaverunt. Quod si
ex vivis quis jam excessit aliquid fortasse de illius virtutibus
dicam. De viventibus adhuc tacebo: Ne laudaveris, inquit Sa-
piens, hominem in vita sua; atque hos inter limites strictius
me circabo quam in superioribus voluminibus quod major
scribendi materia adsit, et minor notitia aliarum domorum,
quæ nisi per scripta cognoscere queo. Pro meo instituto frequen-
tius Ordinationes tum Capituli generalis, tum Visitationum
inveniam, ut sciat posteritas ex quo fonte profluverint consue-
tudines hujus domus, et quæ in eis mutatis facta fuerit.
Nec pudet me ad minuta quæque dimittere, de quibus Pa-
tres ipsi leges ferunt, cum nihil in religione parvum sit.
Totum decet quidquid deferatur religioni, ut nullum obsequium
quod proficiat ad cultum et observantiam Christi erubescamus.
II. de Penit. cap. 6. ait S. Ambrosius. Scio graves et doctos autores non potuisse
induci ut sui temporis historiam conscriberent, quod
sæpe odium veritas pariat, et tamen quantum vel

Eccli. II, 2 et 30

II. de Penit. cap. 6.

ipsarum virtutum est quod non sit cum vitio alieno con-
 junctum. Quia potero igitur modestia in hac palestra versari
 conabor ne quem merito offendam. Scio praeterea me non ea
 congruitate linguae latinae praeditum, ut haec scriberem, imo
 vernacula hic communis peritia et notitia destitutum. Unde
 fateor magnis me adfumentis carere debuisse. Verum enim
 vero nemini munus scribendi praeripio, ex arenam et
 calcem, amice lector, toti historice incumbere ac perficere magno
 (sic roremus) rei domesticae bono. Nam

Historia vetus et nova omni aetati, conditionique
 utilissima. Est enim palestra prudentiae, stimulus sapien-
 tia, calcem virtutum, interpretes dubiorum, memoria praete-
 ritorum, speculum futurorum, praesentium fides et mo-
 deratrix, breviarium experientiae, scientiarum thesaurus,
 directrix disciplinae, breviter compendium artis vivendi.



D. Petrus de Leon
adhærere coepit
domui Bruuellensi

Anno 1591, 3 Maii V. P. D. Petrus de Leon Hispanus sal-
manticus professor domus regie de Obinaflores coepit in hospitio
antiquo hujus domus Bruuellensis habitare, et venerando Patri
D. Christiano Priori adhærere, negotiaque hujus domus Bruuel-
lensis, ac aliarum domorum Ordinis in Curia occurrentia, tan-
quam Procurator generalis, diligenter procurare.

D. Arnoldus b. m. Prior Anglorum ad Capitulum profi-
ciscens et inde in Hispaniam, in suo discessu de consensu Ve-
nerandi Patris Visitatoris, procuracionem Conventus sui
illi commiserat, et sic usque ad hunc annum 1591 dictis
Patribus adhærat, negotiaque illorum quasi nullis eorum
expensis fructuose sollicitavit.

Nam pensio fuit illi concessa imprimis a Serenissimo Duce
Parmensi, bonæ memoriæ, ad instantiam ipsius cognati, qui
tunc venerat ex Hispania missus a rege catholico, ut com-
modius, secundum qualitatem ipsius personæ, absque ma-
gnis expensis Ordinis posset Ordini inservire atque etiam
sua celsitati in ministeriis ecclesiasticis, quatenus opus
esset et liceret, absque detrimento professionis suæ, quæ

Epensio re- in principio fuerat 50 florenorum singulis mensibus,
gia aucta hoc anno et quanta fuerit.
et jam tunc hoc anno 1591 erat aucta ad 62 florenos cum
dimidio.

Domum antiqui hospitiæ non solum reparavit, sed etiam
omnia quæ ad ornatum domus et familiæ sustentationem re-
quirebantur, suis expensis comparavit.

Expensæ ipsius
ordinariæ.

Circa medium Aprilis hujus anni 1591 coepit prandere solus
in hospitio antiquo, et quamvis ex hac domo ministrarent ipsi pi-
tantiam ordinariam unius monachi, non tamen suffice-

bat, quia ibidem cogebatur sustentare familiam duorum famulorum, et frequenter hospites recipere. Quapropter uno die cum altero expendebat in ordinariis sumptibus 20 stuferos et summa ascendebat singulis mensibus ad 30 florenos et singulis annis ad trecentos et sexaginta; unde in tribus annis, quibus hospitatus fuit in praedicta domo, computat mille et octoginta florenos plus minus.

Circa finem ejusdem mensis Aprilis, quia infirmabatur et necesse erat bis et ter in die ascendere ad superiores partes cum tam pro negotiis Patrum Anglorum, quam pro aliis ideo coactus fuit emere mulum ad equitandum, quin etiam satis humiliter et ad aedificationem stragula coreacea ornatus erat.

Ante mensam Junii D. Petrus de Leon dedit Patri Christiano plusquam 70 florenos.

In praedicto mense Martio venit quoque ad nos Carolus Pecters filius Receptoris Beginagii et fieret Donatus qui fuit singularis in victu, nec carnibus, nec piscibus unquam vescens; habebat tonsuram clericalem atque cantus peritus erat.

Officiales curaverunt fieri vasculum argenteum pro sacro oleo infirmorum. Sicque paulatim aptabant se ad formam monasterii et Conventus.

22 Februarii obiit D. Franciscus Barcelli professor domus sculae Dei, Vicarius in domo sculae Caeli, qui propter suam exemplarem conversationem et obedientiam qua multum promeruit apud Ill^m et R^m D. D. Archiepiscopum Elborensis fundatorem, gratiam, multumque excitavit eundem ad liberalissimam ejusdem domus fundationem et dotationem.

D. Franciscus Barcelli, Hispanus Catalanus Villafranchensis

Carolus Pecters primus donatus.

D. Franciscus Barcelli sua exemplari conversatione principis promotus sculae Caeli et scriptor.

adiit Religionem nostram die 14 Decembris 1549 vir devotus et exemplaris, qui per multos annos exercuit officium Vicarii et Procuratoris in domo Scala Dei, et tandem postquam vixit in Ordine laudabiliter 42 annos obiit Vicarius Cartusia Scala Caeli prope Eboram regni Lusitania 21 Februarii anni 1591. Scripsit latine quaedam meditationes de vita et passione S. M. Iesu Christi et de sanctissimo Eucharistiae sacramento, et lingua Hispanica opuscula quaedam de oratione mentali quae servantur manuscripta in domo Ulyssiporensi.

Obierunt monachi 44, Conversi 29, Moniales 3, Donati 7: persone 83.

Commendatorem Reverendus D. L. Cartier Canonicus ecclesiae S. Stephani in civitate Brencensi ab haereticis occisus in limine ecclesiae dum ad sacra peragenda proficisceretur.

Epitaphium: D. Imundus Benvost huius ecclesiae canonicus, pietate insignis presbyter, 69^{um} vitae suae annum agens, die S. Lamberti, 17 Septembris, ad Matutinas pergens, vulnere-ribus in capite receptis, huic sepulchro corpus animam Deo reddidit 3 Octobris 1590.

H^{omus} D. Petrus ab Aragonia praecipuus fautor domus Aulicæ Dei, qui obiit 13 Maii præteriti anni.

Ordinationes. — Ordinamus et statuimus pro summi Dei majori cultu sanctorumque eius celebriori memoria præcipue eorum, quorum meritis S. M. E. ab eo beneficia ut gloriosorum Confessorum Francisci et Dominici amodo eorum festa cum Capitulo per totum Ordinem a monachis celebrantur sub communi officio Unius Confessoris non Pontificis cum collecta tamen propria.

Quorum festorum festa celebranda sint.

Domus Cartusie grata mente recolens ^{munera.} memoria et subsidia
 elemosynaria, quae accepit ab universo Ordine tam ante quam
 post incendium Corverie et maxime omnium a provinciis
 Cartusia ma-^{thalia}, voluit etsi extreme laborans suam vicissim in eas
 ostendere propensionem et maternum in suos affectum vo-
 luntaria remissione, universi debiti quo illi tenetur Capitu-
 lum generale vice omnium domorum Ordinis, quod
 est trium millium quingentorum quatuordecim scutorum
 triginta solidorum et trium denariorum uti etiam con-
 donatione praemii et salarii lationis omnium litterarum,
 quas ipsa dedit vel accepit plus minus tribus annis prout
 hoc presenti scripto utrumque donat et remittit, hoc tamen
 reservato quod super Capituli expensae, quae sunt trecento-
 rum quinquaginta octo scutorum et 48 solidorum ita
 dividantur ut exclusis vel supportatis domibus et provinciis
 quae ad extremam redactae sunt miseriam et inopiam per
 reliquas domos et provincias dividantur et partiantur
 pro facultatum singularum domorum ratione, quem
 solvendi modum a cetero servari. Volumus ut non taxae
 fixae et certae sed mutabiles fiant pro mensura receptorum
 et expensarum uniuscujusque anni, ita ut tantum sol-
 vatur quantum expensum fuisse invenietur. Casabuntur
 autem a Procuratore Cartusie ad plus vel minus habita
 ad antiquas taxas ratione, nisi accesserit nova paupertas
 vel facultas domorum quae id impedit.

Mittentur denum si in ipso Capitulo solvi non possunt
 quamprimum fieri poterit, et ita ut id intra trimestre
 fiat a Visitatoribus monitis per chartam quod unicuique

Cartusia ma-
 thalia in suis
 ostendit affec-
 tum.

Haece festitiam
 R. P. Hieronymi
 satis declarant.

provincia conveniat.

Ordinationes preteriti anni approbamus, sed illam quæ incipit Ut in omnibus providere ita approbamus, ut informatio quæ petatur a Priore semel fiat, a Visitatoribus singulis bienniis nisi aliter a R. P. Priore Cartusie mandetur.

Item illam, quæ incipit Volumus et ordinamus de comitativa Priorum, Procuratorum et aliarum personarum Ordinis reducimus ad formam Statuti, laudamus tamen eos qui eam servaverint.

Monemus omnes Priores domorum Ordinis ut ad formam ordinationis chartæ Capituli generalis anni proxime preteriti hoc etiam anno confirmatae quantocius informent R. P. Priorem Cartusie de moribus, conditionibus et qualitatibus personarum sibi commissarum, alioquin a generali Capitulo proximo futuro dignè providetur.

Capitulum generale iterum rogat ut anno superiori Priores et Conventus domorum Cartusie Majoris, S. Stephani et Brummis, Padulae, Neapolis, Papia, de Paulani et de Coris, ut singula de sua abundantia sustentent unum monachum in nova domo Lugdunensi donec sibi ipsa sufficiat pia benefactorum largitione.

Ex ordinatione provincie

Priori domus leodii non fit misericordia. Et confirmamus commissionem factam per R. P. Priorem Cartusie Priori Valenciarum de visitanda dicta domo leodii cessantibus tamen periculis, cui committimus dignam sumere penam de scriptoribus si minus justam causam habuerint et talem, ut talia a cetero attentare perpinescant: si vero justam, similiter volumus auctores et fontes tot amaritudinem, aversionum,

risorum, et quasi scandalorum commertis panis etiam abso-
lutionis a quibuscumque officiis affici sine ulla acceptione
personarum, prout de illius integritate Ordini satis manifesta

D. Joannes confidimus, cui nova scripta et dubia mittimus deo maturo
L'Eccluse Priori
domus Valence. iudicio examinanda, et dissolvenda autoritate Capituli, quam
norum laus
satur. illi impartimur.

Ecce quomodo laus domus leodiensis versa est in vituperium.

Absolute Et quidem per istam Visitationem D. Philibertus Cooman
D. Philibertus Prior absolutus fuit sequenti anno in vigilia Pasche. Qui
Coomana poterat conquiri: Filios nutritivi et ipsi spreverunt me, ac
Priorate de- D. Everardus Valentius professor dicte domus quondam Re-
minis leodii ceptor Abbacie S. Huberti, qui uxore defuncta a dicto Phi-
anno sequenti. liberto ad Ordinem receptus fuerat, electus fuit Prior sed
nec ipse ultra quinquennium in eo officio permansit.

Oves disperse Committimus et mandamus ac summo prece commendamus
hujus pro-
vincie re-
colliguntur Visitatoribus ut quascumque personas Ordinis sue provincie
ab Ordine profugas ubicumque dispersas et quantumvis ho-
nesto titulo vel necessitatis, vel periculi, vel timori justi, quereere
et revocare et (si litteris nihil profecerint) cogere et colligere sive per
se, sive per alias personas idoneas omnino studeant: quibuscum
egant quoad forum penitentie pro nostra suaque potestate;
penas vero externas, easque Ordinis quas meruerint ad sequens
usque Capitulum generale suspendant, et interim eas ita
paterne ut graviter admonitas in sua provincia domibus
ad salutem commodioribus collocent: quae vero per tuam
monitionem redire contempserint, excommunicationi no-
minatim subiciant omnique Ordinis suffragio privatas
declarent.

Cartam correxit et subscripsit fr. Hieronymus Prior Cartusiae
Hispani Britanniam invadunt quod Ser^{ma} Infans Hispaniarum
Isabella Clara Eugenia in eam jus pretenderet.

Reversibimus que domum nostram concernunt paucis post
quam lamentabilem patriae statum perstrinxerimus.

Pontifex Maximus Gregorius XIV Jubilaeum indicit, quod
mense Martii Colonia et Leodii et in Belgio verisimile est
publicatum fuit, nec tamen Dei furor aversus est a nobis.

Castrum de Nam eodem mense Mauritaniam castrum de Westerlo mu-
nitissimum Barone de Aberode et Petersem loci domino absente
hoc castrum occupant, quatuor numero habitis subrustico ad
portam veniunt, excubitores nihil ab eis hostile expectantes
intercipiunt, et in arcem paucis, qui istuc relictis erant mili-
tibus caesis irruunt. Hinc excursions in Brabantiam fre-
quentissime habuerunt.

Et similiter Simili fere strategemate paulo post propugnaculum quod
22 abai propu- gnaculum fut-
phaniense capi- tur.
regii obtinuerunt. Qua oblenta nil cunctandum ratus
Mauritius universas cohortes ad urbem duxit, et priusquam
fama agrissa arcis vulgata esset eam cingit.

Ebersteynius In primo aditu dum incautus merida lustrat Comes
globo trahitur Ebersteynius (ille, inquam, Ebersteynius qui nuper tanta
Dei iusto judi- cio.
calamitate Westphalos catholicos afflixerat) globo sclopeti
Zutphania trahitur, itaque equo decidit et occumbit, nihilominus
deditur 29 abai Hollandis deditur Zutphania cognominis, provin-
cia civitas primaria.

item Daver- tria transdu-
landae provinciae
metropolis. Mox Daventriam, qua Zutphania duobus tantum milia-
ribus distat, oppugnare cepit Mauritius atque expugna-
vit mense Junio, quod Dux Parmensis tardius suppetias

affert, qui decimo ejus mensis dumtaxat ad bellum profectus est, qui ut urbem intellexit occupatam in Terram Clivensem seclinarit.

Hæc autem in Belgio maxime catholicorum, et eorum qui regis rebus favabant morore agebantur. Parisienses quoque publicas supplicationes instituerunt Deum orantes ut statum religionis catholice et regni Gallici conservare dignaretur.

13 Julii Dux Farnensis, Noriomagum movit, et oppugnare cepit propugnaculum Knodsensburgum quod in opposita urbis Noriomagensis ripa construxerant Hollandi, presidio illud omnique genere commectus murientes.

Mauritius obsidionem Groeningensem solvens ut Farnensi occurreret victoriamque aliquam de regis obtinuit. Altero igitur die S. Jacobo sacro Dux Farnensis de expugnatione propugnaculi desperans propter quotidianas continuasque pluvias in urbem retrocessit, atque S. Augusti Noriomago discedit, et quia adversa valetudine conflictabatur, ad fontes rerum Spadanos profectus est, ubi ab Ernesto præsule ex Germania redire salutatur.

Reliquam partem hujus nœmiam persequar postquam nostra exposuerimus. Inter has partem lacrymas et calamitates restauranda domus nostra fundamenta facta sunt, ut ex verbis N. P. Petri Leonis melius cognoscet lector. Ait:

Anno 1592, in die Visitationis B. Mariæ pransi sunt mecum in antiquo hospicio Blasius Ocon, et Guilielmus (de Berdino mi fallor) officiales Computatoris regis, quos post prandium ad hanc domum adduxi, ubi jam Venerandus Pater S. Christianus cum suis habitabat, et videntes nullam hic esse formam monasterii decreverunt ad meam instantiam

Inceptum est inter amicos suos elemosynas ad computum stipendiorum suo-
 colligere elemosy-
 nas pro edificandis colligere pro edificatione Capella anterioris, et sic infra dies
 hinc hinc
 domus. collegimus in subscriptionibus bis mille ducentos et unum florenos.

Sic B. Virgo Patrona hujus domus in die Visitationis suae gratia
 nos quoque visitavit, suis meritis et intercessione procurando nobis
 tales promotores.

Alias 12. dicti Pergit P. de Leon. Decima die mensis Julii conveni Ser^{mum} Duem
 mensis et supra
 diamus 13 Novio. Parmensem (in castris agentem ut ea precedentibus liquet) et impe-
 magum Par-
 mentem mo-
 visse. travi ab illo ut illa elemosyna 2. Tot florenorum assignaretur
 nobis, et annotaretur in computu singularum personarum,
 ut inde de suis stipendiis defalcaretur.

Fuerunt propterea molestissimi labores, quos sustinimus
 in istis annotationibus, querendo singulas personas in tribus
 libris Computorum regis, ubi sunt rationes totius exercitus,

Non adeo belle ista et demerati sumus in supradictis annotationibus postquam
 concordant cum
 historia temporis, recepimus decretum Principis a decima die Julii usque
 que indicat
 Parmensem in ad vicepsimam octavam mensis Decembris ejusdem anni ut
 elivia tunc egisse
 et hinc quasi Pua apparet per decretum Sua Celsitudinis.
 illis presentem
 indicant.

Et tandem indicat se mense Augusti Antuerpiam propter
 Patres Anglos profectum fuisse, quod fere singulis mensibus
 necessarium erat quia D. Pagador Gabriel de J. Stephano ibidem
 tunc morabatur et per partes solvebat quamdam librariam
 ad predictos Patres Anglos pertinentem.

Fedulitas et Reversus Antuerpia Bruxellas diligentissime sollicitabam anno
 expensa extra
 ordinaria
 P. Leonis. tationes elemosynarum in libris regis, et cogebam frequenter
 invitare ministros Computatorum, et alias personas a quibus
 recipiebam elemosynas in scriptis. Nam post prandium
 signabant liberaliter suas elemosynas.

Unde non sufficiebat, nostra pensio regia ad predictas

expensas maxime quando erat reformata et suspensa, nec semper debito tempore solvebatur.

Quam bene me-
ritus fuerit Pa-
dr. Dominus Gabriel
de S. Stephano de
S. Petro de Leon et
de hac domo.

sed D. Pagador generalis Gabriel de S. Stephano ex singulari gratia et amicitia semper dabat mihi metuo, et anticipatas pecunias necessarias pro nostris expensis, quas in scriptis non redigebam nimis occupatus tam in expeditionibus elemosynarum pro fabrica quam in negotiis Patrum Anglorum, et mihi persuasum erat quod V.P.S. Christianus qui tunc erat Visitator permittebat et consentiebat, ut cum nostra pensione possem tractare amicos et ceteras expensas facere, quae ad nostrum officium debite exercendum et ad fabricam promovendam requirebantur.

Sancta protesta-
tio S. Petri de
Leon de sua
fidelitate.

Testificans coram Deo me nunquam nihil expendisse nisi in vestimentis, et necessitatibus meis et famulorum meorum, aut pro personis Ordinis, vel imitando aliquos amicos benefactores nostros, et totum quod exproxi cum illis aut cum aliis fuit ea intentione ut melius et facilius negotia hujus domus et Ordinis promoverem.

Uideamus et aliorum officialium hujus domus economiam, quorum unus sic scribit:

Tempore exilii S. Prioris et majoris partis Conventus anno 1579 vendiderunt monachi et laici, qui hic manserant in civitate Philippo Van Opden Losch unum praetium magnitudine trium bonariorum cum dimidio, situm juxta moenia civitatis mille ducentis florenis, cum bene valeret fere quatuor millia florenorum. Et quia emptio erat invalida (licet per Priorem tempore captivitatis timore confirmata) reducta civitate coacti sumus dare annuum censum 18 florenorum donec per redditionem praetii 6 jornalium in viridi

platea parochiae Molebeticensis (de quo civitas Bruellensis magnam partem fundi emerat ante 50 annos pro novo stagno) et solutis adhuc in promptu 500 florenis est illi satisfactum.

4 Junii redemit Bassaent reditum 16 florenorum annuum de bonis pauperum Joannis Elselae quem levabant super ipsius aedes juxta Moacellum.

Insuper redemptus fuit annuus reditus 16 florenorum, quos Magistratus assignaverat Henrico de Brinyne inde Cleboon ex debitis fratrum tempore exilii contractis pro cervisia.

In Junio quoque venit ad nos Thomas Gilmans natus Furnis juxta Bruellam, est fieret Donatus. Servierat S. Philiberto professus hujus domus et Priori domus leodiensis 5 annis, nisi fallor, qui postea multos annos fuit portarius.

V. Pater de Leon obtinuit aliquas litteras à Ser^{mo} rege Philippo II ad Duem Parmensem, ut inopia nostrae subveniretur pro restauratione domus quarum unius copiam subijcio:

Copia Epistola regis Hispaniarum Philippi II in favorem Cartusianorum.
 Mon bon Neveu. Je vous ay escript le premier d'Avril de l'an passé sur ce que par requeste m'avoient représenté les Chartreux en ma ville de Bruelles endroict la ruine de leur eglise et couvent, et l'estrieme nécessité en laquelle ils sont réduitz. Et comme par nouvelle Requeste icy jointe m'a esté représenté qu'ilz n'ont esté assistez de quelque aulmoosne, selon que lors vous fut escript. J'ai trouvé bon de aussi vous remettre icelle requeste afin que en conformité de ma premiere rescription les assistez de la dite aulmoosne, si encores fait ne l'avez, et que me réservez de vostre avis endroit les trente ou quarante ducatz dont lesditz Religieux supplient estre soulagez par chacun mois.

A tant mon bon Neveu Nostre seigneur vous ait en sa sainte garde. De S. Laurent le 22 de Juin 1591. DD V. Subsignatum: Philippe. Et inferius. A de habeo superscriptio: A mon bon Neveu le Duc de Parme et de Plaisance, chevalier de mon ordre, lieutenant, Gouverneur et Capitaine general de mes pais bas et de Bourgogne.

Decretum fuerat a Concilio ut haberemus aliqua bona confiscata eorum qui in rebellionem contra regem defuncti erant. Super qua re vidi libellos supplices, sed non intellexi aliquid nos ea via tunc accepisse.

Duc Parmensis infunxit ab a-gistratu Bru-cellensi nobis dare bis mille florenos pro recompensa damni illati. *laistimo tamen virtute dictarum letterarum, et per intercessionem S. Petri de Leon (ut ipse scribit) quod Ser^{mus} sua Parma compassus nostris miseriis pro aliquanti recompensa damni nobis illati ab oppido Brussellensi dedit ordinationem quod civitas nobis dare deberet bis mille florenos, de quibus restabant adhuc solvendi, anno 1596, quando S. Christianus absolutus fuit a Prioratu hujus domus mille ducenti floreni.*

Adiit ipse V. P. D. Petrus de Leon Magistratum ad quem orationem habuit et indicavit quomodo elemosinis insuper Hispanorum militum intenderet restaurare Cartusiam hujus civitatis; qui humaniter receptus fuit et illi data sella, et cum perorasset scabini benivole de aeras porraerunt.

Argentoratensium desiderium Cartusianorum monasterium, neque solum pietatis eruditionisque studium mihi vigebat verum etiam typographica domestica inter parietes praeter illic visabantur codicibus imprimendis desudantia publicoque republicae christianae bono deservientia. *Non taliter sed diverso prorsus modo Magistratus ha-reticus Argentinensis egit qui non satis aequo animo ferens caenobium quod in agro suburbano anno 1540 Cartusianis edificatum fuerat a tribus opulentissimis civibus Joanne Abboniensi, Gerardo Leone, et Vennero Hesso,*

adhuc inviolatum subsistere in eoque Religiosos juxta sui instituti formulas commemorari, 7 Augusti aliquot senatores duos curru et viginti sex sclopeteriis in monasterium hoc predictis Magistratus ablegavit cum mandato ut cunctos in urbem adducerent, et remeutes compellerent. Ibi cum eo venissent, et a Priore humaniter accepti essent, praeceperunt Piori cum suis curru conscenderent, secumque in urbem proficiscerentur. Qui cum id negaret se excusaret, atque vel in posterum saltem diem in monasterio ut relinqueretur oraret, exauditus non est sed coactus cum illis in civitatem proficisci. Adducti itaque omnes in civitatem, et promo condoque traditi.

Posthuc miserunt, qui ecclesiam et insignia parentum decora, ambitum et vitreas fenestras comminuerent. Bibliothecam, aurum, argentum, vinum omnemque annonam diriperunt et in urbem comportarunt. Sequenti nocte octuaginta cœmentarios expensis suis conductos in idem monasterium deducunt qui totum monasterium primo, deinde terram demoliti sunt. Cui sceleri hanc tituli speciem præfigebant quod Joannem Monderscheitum Argentinensium presulem cum Lotharingia Ducis filio ementito habitu triduum hic latitasse ubique robur explorasse fama undique divulgaretur.

Quanta autem hic liberalitate Christi pauperes sustentari solebant patet ex eo quod Joannes Eckius, qui isto in loco popularis ac gravioris erat, libera voce fateatur ante hanc Lutherianam pestem, majorem fuisse egenis datam elemosinam in unica hac Argentoratensi Cartusia, quam modo fiat per amplam (Verba sunt auctoris) et ditissimam

civitatem Argentinam. Et quis jam illi vel unam panis micam percipit, quando nimirum omnia in cinerem, flammisque ita sunt redacta, ut ipsius loci religiosi Bohemum confugere sint coacti. Hic fructus est novi Evangelii, hæc reformatæ religionis deformitas evertere scilicet sincere pietatis domicilia, ipsosque venerandos Christi sacerdotes foras seculatum protrudere.

Facta pace a Camera imperiali contra civitatem latum decretum est, ut ædes illas suis expensis reedificaret ita uti ante fuerant; unde dicunt aliqui Patres quod si unquam Argentinenses permittant vel cogantur admittere exercitium catholice religionis ibidem Cartusiam edificandam, et bona dividenda cum altera Bohemensi.

Intellesi redditam fuisse piasdem argenteam cum sacris hostiis Patri Priori; in hoc meliores Judæis Lutherani. Cum enim Præge in Bohemia nuper ad fidem catholicam venisset Leo Judæus multarum linguarum cognitione celebris christianorum sacris initiari se permiserat. Utebatur autem familiariter quodam Petro Rodano franciscano, cui infirmorum cura demandata a loci antistite fuerat, et salutari viatico deferenti se comitem jungebat, ut ita observaret diligentius qua sedulitate hostiæ consecratæ asservarentur. Tigitur cum totus in hanc rem intenderet, forte fortuna sacrarium minus caute occlusum advertit, eoque reserato tres hostias surripit chartæque involutas secum Presburgum in Hungariam detulit. Hic cum apud Judæum hospitem divertisset, multaque de Incarnationis dominicæ sacramento disserisset, tandem surreptas hostias protulit, et binas urgenti hospiti donavit. Quicum is Presburgo excessisset, artis ejusdem sectæ aliquot

recutitis hostias promit, et simul unde eas consecutus fuerit. Ibi synagogam convocant, et periculum faciendum de veritate sacramenti catholicorum censerent. Ergo hostias in mensam repositis, unus arrepto cultro, si (ait) vere Christianorum hic Deus es, virtutem exere. Dicoque citius earum alteram transfodit; at

Miraculum
circa Eucharis-
tiam.

mox exorta virtus; nam copiosi sanguinis rivi effluxere. Quo monstro territis vindex Deus adfuit, et inevitabili fulmine domum concussit, ac cunctos ejus mole obruit flammisque absumpsit, tribus dumtaxat ad miraculi evidentiam incolumitate donatis. Sed et hi vinculis constricti postquam questionibus subiecti scelus eo ordine quo acciderat, narraverunt, exquisitis tormentis excarnificati et ad extremum adactis per semiviva corpora palis in via regia collocati illustre tam detestandi facinoris exemplum fuere. At memoria dignum, quod cum domus integra concideret, aethereos illos motus non sustinens, ignemque conciperet, mensa novo sanguine respersa, ipsoque hostia incendio erepta sine laesione aut immutatione sui remanserint. Quae paulo post magna populi religione ad angustiorum locum delatae tam celebri miraculo fidem indubiam fecerunt.

Haec occasione data, et in honorem Venerabilis Sacramenti ex historicis hujus temporis libenter deprompsi et quod in hac patria inimicos hujus S. Sacramenti Deus occulto suo judicio permitteret prevalere, aliis miraculis alibi confirmans in fide.

Circa annum 1591 Cartusiani exules Angli Antuerpiae migraverunt Mechliniam.

Joannes Alba
scriptor.

Hoc anno 27 Decembris obiit D. Joannes Alba professor Vallis Christi. Vir longe doctissimus etiam in Graeca et Hebraica lingua scripsit Annotationes in varia utriusque

testamenti loca difficillima et alia multa. Et hoc publicum testimonium dederunt atque praefecerunt operibus ejus consentanea
les Cantusiae Vallis Christi in regno Valentino comprobati ipsius:

R. P. Joannes Alba singularibus virtutibus ornatus, praecellens religionis exemplar, domus nostrae lux et ornamentum, bonarum litterarum gloria insignis, ingenii nobilissimi, antiquae et germanae scripturarum interpretationis conservator, et propagator, bono Ordinis et publicae rei natus, eruditorum judicia studiis suis excitavit et meruit magnum et publicum erga se testimonium: Atque nobiscum integer integros vixit annos 27, menses 5, dies 20. Obiit Anno 1591, die 27 Decembris.

Hulstium occupatur.

Hollandi cum classe in Wasiam territorium Flandriae irruunt, et per apertum Hulstium oppidum site avidum premunt, missisque qui vitam et libertatem pollicerentur, fideque in haec data post dies paucos viciniam scilicet Septembris occuparunt imperato civibus quinguis millium et quingentorum florenorum tributo.

Venlonam deditur,

Dependentibus quantum exitum allatura esset regis discordia illa principum ad se mutuo diffidentia, et Farnesiana gloria iniqua labe, rebus suis prospiciunt, et demum ingentem classem adornant atque Venlonam omni apparatu instructi advolant, Cives et milites a regis aversi quod ruina oppida ea facilitate intercipi passi fuissent urbem communitatis armoneque repletam 21 Octobris Hollandis reddiderunt: qui propterea a Verdugio male excepti fuerunt.

Neomagus

Neomagus quoque Ducatus Geldriae caput eodem tempore in manus Hollandorum venit. Confestim templa, omnia spoliata, arce profanata, imagines disturbatae et contrita, totaque reipublicae facies immutata est. Cives catholici nihil aliud agere

quam flere, suspirare, et conqueri, non tam suum, ut qui jam scient quid credere debeant, quam prolium suarum in pessima haeresi educandarum casum deplorare.

Innocentius IX.
24 Decembris
moritur.

Gregorius XIV moritur mensis octobris 15. Succedit illi Innocentius IX qui mense Decembri diem clausit extremum.

Franci confederati in subsidium belli ingentem pecuniae vim a Farnesio flagitant et accipiunt,

Legati Caesaris
veniunt Bru-
sellas.

3 Decembris Legati Caesaris Brussellas venerunt, ubi cum summo honore excepti sunt. Missi erant ut pacem cum Hollandis componerent quam recusabant. Farnesius tamen Valencienis citatis equis Brussellas reversus, his in concilio statuum eorum propositione audivit.

Farnesius in
Galliam discedit.

Deinde omni qua potuit sedulitate Belgio excessit ut Rothomago quod Navarrensis obsidione cingere parabat, subveniret.

Disimus supra in die Visitationis B. Mariae V. Patrum de Leon coepisse colligere elemosynas pro fabrica Capellae anterioris, in promptu quidem pecunia tantum collegit 30 florenos, quos statim dedit Venerando Patri D. Christiano et ipse servabat in cista prope lectum suum, deditque Patri de Leon clavem quam postea P. Procurator recepit. In subscriptionibus autem infra 10 dies collegerunt bis mille ducentos et unum florenos.

De quibus ex ordinatione Ser^{mi} Ducis Parmensis 28 Decem-

Prima libran-
tia seu pecu-
nia erogatio
pro fabrica
Capellae anteri-
oris.

bris ejusdem anni 1591 expedita fuit librantia super Domi-
nica Pagadore generalis Gabriellus de S. Stephano cum
D. Patri de Leon qui diversis vicibus prout potuit solvit
illi praedictam summam bis millium ducentorum et unius
florenorum. Sed est notandum, ut ipse scribit in compute,
quod ex ista summa defalcati sunt 250 floreni, quos ego, inquit,

exposui in expeditionibus istius librariae, nam fui fideiussor apud quemdam mercatorem, pro Pbasio Ocon (qui fuerat autor collectae) et aliis officialibus Computatorum regis, quorum nomina non licet declarare pro quibusdam vestimentis, quia per illorum labores expedita fuit illa libraria, defalcatis igitur 250 florenis, remanent ex praedicta summa 2201 tantum pro fabrica 1591.

V. Pater de Leon
excusatur a
compilatore
hujus libri de
liberalitate erga
officiales.

Et quia praedicto D. P. Petro de Leon detrahitur a quibusdam quod nimis liberalis fuerit erga praedictos officiales hac et ceteris vicibus unum dicam quod audivi ab amicis Patris mei qui vivebat hoc tempore et habebat sub se milites, deesse aliquando duas tertias ut unam reciperet ex suis et suorum stipendiis. Dominus autem Petrus de Leon nihil ex debito sed ex gratia exigere poterat, officialium tantum favori et gratiae innixus.

Anno 1591 et 92 debuimus redimere molendinum et villas nostras ab incendio praedonum, etiam pro redemptione villici nostri Quirini ab eisdem capti spatio duorum annorum ad Computum 197 florenos solvimus quia libere hospitabatur in Coelhelberch et Habsenberch ut reciperet pecunias cum non esset tutum egredi civitate absque periculo.

Anno 1592
Brabantia
praedonibus
infestata

Ibi praedones Hollandorum Zelandorumque continuis Brabantiam, Campariam vicinasque provincias excursionibus et rapinis infestabant. Horum ducenti circiter qui arcem Westerloam occuparant in medietatem Brabantiae inter Lovanium et Bruellas spe praedae prope a regio plerique capti, quidam fuga elapsi qui et post modum ab agricolis juxta Diethemium truncati fuerunt. Quibus ut terror major incuberetur mandato.

cautum, ut quicumque horum ducem aut praefectum aliquem
vivum aut mortuum Magistratui representaret is trecentis flo-
renis donaretur, multum pecuniae apud illos inventum est. Sed
et quidam e captivis tantum hoc vitæ genere questum fecerat
ut lytrum quatuor millium florenarum ultro offerre non
dubitavit.

Clemens VIII
Papa dicitur.

In mortui Innocentiae Papa locum sub finem Januarii hujus
anni 1592 elegerunt et suffecerunt Cardinales concordi consensu
Hyppolytum Aldobrandinum qui Clemens octavus nuncupatus
est. Hic fuerat Sixti V datarius, et antea auditor sacri Romani
Consistorii, et ab eodem purpura decoratus.

Illustrissimus Julia, Clivia et Montium Dux Guilielmus
annos natus 76 ipso Epiphaniae festo diem morte extremum
confecit, qui 10 Martii sepelitur, cuius sepulchro Jacobus Lom-
nius poeta Epitaphium appendit, quod hic propter doctrinam
et pietatem christianam quam spirat libenter adscribimus:

Quis jacet hic? Dux Juliaeus. Qua stirpe parentum?

Clivorum illustri sanguine natus erat.

Quæ conjugæ? Maria illa fuit. Quo stemmate? magni

Cæsaris, et divo Casare nata soror.

Quid juvenis coluit? Martem. Quid adultior annis?

Pacem. Quid seniore? Justitiam atque Deum.

Quo morbo perit? senio, cordisque dolore

Qualiter? invita spe, stabilique fide

Ergo fuit? Vivit pars prima. Quid altera? surgit

Unde? ex humulo. Quando? Vocante tuba.

Vienna insuper in Austria Elizabetha Caroli IX regis Fran-
cicae vidua, Maximiliani II Imperatoris filia, Rudolphi II

Elizabetha Aus-
triaca Caroli IX
Francicae regis
vidua interit.

sovere transactis octodecim post mariti obitum inenarrabili conti-
nencia annis, et aedificato Nosodochio postquam Christi membris sua
dignitatis oblita, singulari obsequio subvenisset, totam substantiam
in pios usus erogasset, migravit ad eum cuius amore ista despersa-
rat. Sic lampadi infundens oleum, id est vidualis virginitatis de-
cus misericordiae operibus caevnans admissa est ad sponsi
nuptias perenni voluptatis torrente potanda, 25 Januarii.

Cum nostri decreverissent proximo vere fundamenta facere novae
domus aedificandae intra muros oppidi Brucellensis provide cogi-
tarunt de licentiis debitis impetrandis, hinc

Ad Reverendum admodum Patrem ac D. D. Nivarium ar-
chiepiscopatus Mechliniensis ceteroque Venerandos Dominos of-
ficiales eiusdem archiepiscopalis Curiae Bruxellae residentis Domi-
nos observandos Priores et Conventus Cartusiae Brucellensis humilis
supplicatio.

Compertum est nobis eam esse ingenii vestri conditionem,
Domini admodum Reverendi, ut iis qui a vobis (aliquid ad
religionis augmentum, ornamentumque civitatis ac spirituale
proximorum incrementum) impetrare cupiunt, non consensu
solum, sed etiam singulari favore vestro benignissime
subveniretis. Hinc est quod cum divitum monasterium
nostrum, quod extra mœnia huius civitatis situm erat
necessario ex ordinatione nostri Capituli generalis, et de con-
sensu regio, infra muros eiusdem civitatis in locum nuper
a nobis ad hunc effectum comparatum transferre debeamus,
neque id iuxta sacri Concilii Tridentini institutionem li-
ceat absque consensu et beneplacito R^{omi} Ordinarium, ut rite
omnia fiant ad dominationem vestram tanquam ad

vicarium et vicem gerentes R^{mo} Archiepiscopi Mechliniensis an-
tequam primum lapidem supponamus reuocare statuerimus,
humiliter petentes, ut nobis prædictam facultatem concedere
dignemini, qua inceptam translationem perficere possimus
ad gloriam Dei Omnipotentis et perpetuam memoriam vestram.

Nota quod prima conceptio erat ad vicarium, et Veneran-
dos Canonicos ecclesie S. Gudulæ capitulares, sed correctæ sunt prout
habetur supra, neque quæ postea voluerunt allegare privilegia
nosse poteramus sic. Insuper quando sumus admissi in
una diocesi vel civitate non est opus nova facultate.

Licentia Vicarii Archiepiscopatus Mechliniensis
ad edificandum monasterium Cartusiense
infra muros civitatis Brussellensis.

Matthias Flovius presbyter, sacre theologie licentiatus, Me-
tropolitane ecclesie beati Remoldi Mechliniensis archidiaconus
et Canonicus, nec non archiepiscopatus Mechliniensis sede
vacante in spiritualibus et temporalibus Vicarius generalis
universis et singulis presentes litteras visuris lecturis pa-
riter et legi audituris salutem in Domino. Justis subdi-
torum nostrorum votis libenter intendimus, per quæ uti-
litatibus et commoditatibus eorundem mature conse-
litur. Pro parte religiosorum virorum nobis in Christo
dilectorum Prioris et Conventus monasterii Cartusiano-
rum olim siti extra portas oppidi Brussellensis Mechlini-
ensis diocesis in loco vulgariter dicto ten Schuete ad presens
ob ejusdem monasterii totalem, per hæc turbas eversionem
et ruinam in dicto oppido Brussellensi conventualiter degen-

tum nobis cum querela editit expositum et significatum.
 Qualiter ipsi quam sit periculosum rui condere monasteria,
 sua factura, proh dolor, satis edocti et ut ab huiusmodi periculo
 imposterum præserventur, dictum eorum dictum monaste-
 rium infra muros dicti oppidi Brussellensis in locum ab ipsis
 ad hunc effectum de consensu tam sacre et catholice regie
 abbatis ut Brabantia Ducis, quam Capituli generalem sui
 Ordinis conspiciendum transferre, et ibidem ad religionis aug-
 mentum, et dicti oppidi ornamentum illud erigere et extensere
 omnino statuerint. Verum cum translatio et erectio huiusmodi
 iuxta canonicas sanctiones et sacri generalis Concilii Tridentini
 decreta absque Ordinarii consensu et beneplacito fieri valide
 non possint. Nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsis licen-
 tiam et facultatem dictum monasterium ad predictum oppidum
 Brussellense transferendi, et ad gloriam Omnipotentis Dei illud
 ibidem erigendi auctoritate nostra concedere dignaremur et vel-
 lensus. Nos igitur de consensu predicto per legitima documenta
 nobis exhibita ad plenum informati, et securitati dictorum
 supplicantium imposterum consultum cupientes, eisdem
 supplicantibus ut dictum eorum monasterium ad hoc oppidum
 Brussellense transferre et illud ibidem erigere, et divino cultui
 accommodare possint et valeant auctoritate nostra vicariali
 nobis sede vacante concessa, et qua fungimur in hac parte
 licentiam et facultatem concessimus et impartiti fuimus
 prout concedimus et impartimur presentium per tenorem
 prece cuiuslibet in premissis semper salvo. In quorum omnium
 et singulorum fidem et testimonium presentes litteras eisdem
 fieri, et per secretarium archiepiscopalis Curie Mechliniensis

in districtu Bruuellensi infra scriptum subsignari sigillique
 majoris sedis sacantis jussimus et fecimus sub impensione
 communiri. Datum et actum Bruella in vicariatu nostro
 anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo men-
 sis Martii die decima subsignatum. Matthias Florius, Vicarius
 generalis et de mandato Reverendi Domini Vicarii generalis pre-
 fati, P. Van Asbroeck.

Feria igitur nata infra Octavas Pasche, que fuit tertia Aprilis
 positus est primarius lapis novi sacelli Nostrae Domine de gratia
 intra muros civitatis Bruuellensis a Domino Polasio Oron ex offi-
 cialibus D. Gabriellis a S. Stephano Pagadoris (qui fuerat, ut diximus,
 auctor collectae, impedito Ill^{mo} D. Comite de Mansfelt, is enim
 relictus fuerat a Duce Parmensi proficiscente in Gallias viceguber-
 nator in Belgio) qui praecedenti die promiserat se venturum.
 Dominus Polasius dedit cementariis 24 asses, sed Pater Christianus
 3 florenos et 15 asses addidit. Eodem die locus fuit consecratus
 (dicerem) benedictus a Reverendo Domino Petro Pantino p. m. de-
 cano D. Gudulce. Excepti sunt omnes hi, et quam plurimi alii
 convivio.

Et sciendum quod cum esset V. P. D. Petrus de Leon Antuer-
 piae ad recuperandas pecunias pro fabrica dictae Capellae V.
 P. Christianus cum suis designavit et fecit fundamenta
 ejusdem Capellae tortuosa, et contra omnem regulam bonae
 architecturae, unde in ratione edificandi fuit ibi commissus
 magnus error edificando tortuosam capellam, et extra
 locum antea designatum, prout his verbis congeritur
 praedictus Pater de Leon, ad marginem apponit P. Hercules.
 Quilibet abundat in suo sensu, et si liceat mihi quoque.

abundare dicam nimis angustam fuisse edificatam nec capere populum qui eam frequentat prout experientia quotidiana docet, nec ita fuisse precipitandum ut absente tanto promotore prima actio celebraretur

In carta sequentis Capituli Patres Ordinis nobis congratulati sunt his verbis:

Priori domus Brusellæ non fit misericordia, cuius translationi in prædictam urbem et factis ecclesie primis fundamentis precamur a Deo largiam benedictionem et epus promotoribus. Scripsit et subsignavit Fr. Hieronymus Prior Cartusie.

Et forte id Capitulo nuntiaretur nostros festinasse suspicor nam Patres tardius ad Capitulum Cartusiam ascendisse etiam indicat absolutio D. Philiberti Cooman Prioris Leodiensis facta in sabbato ante Pascha, et postea electio D. Everardi novi Prioris hoc anno, et pariter per cartam confirmata his verbis; D. Everardi Valentii electionem in Priorem domus leodii confirmamus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Cui pacem et observantiam regularem tandem ab illa æule quam diligentissime revocare et revocatam conservare, nosque milites Deo acquirere ut sataget plurimum commendamus. Ista quidem promittebat. bono zelo sed non præstitisse brevis post paucos annos absolutio satis indicat. Nulla amplius facta est mutatio hoc anno in carta.

Obierunt monachi 45, Conversi 21, Moniales 4, Donati 5; persone 75.

Honestus vir Judocus de Madraige civis et mercator Brusellensis (cujus prior uxore Walburgis Gilgot, secunda Anna Van Broostenberch) misericordia et compassione motus

Cette phrase étant traversée de plusieurs traits de plume, on peut se demander s'il s'agit d'une correction ou d'une main étrangère.

Allegoryna Judoci de Madraige.

erga miserabilem statum domus supus dedit nobis in puram
 elemosynam pro constructione monasterii dimidietatem
 certorum reddituum retardatorum, qui illi debebantur a
 Receptore Statuum Brabantica, altera dimidietate eorum que
 recipere sibi reservata. Actum 14 Martii 1592. Summa
 erat novem millium quinquaginta florenorum et 10 stu-
 ferorum quorum solutionem cum ipse sena nimium im-
 petrare non posset nobis onus imposuit data predicta recom-
 pensa, et anno 1596 pro parte nostra recipere debeamus. 1300 flo-
 renos. Primum hoc anno 1592 injuncta est Abbata de Domina
 pro R^{mo} Domino S. episcopo Wadislaniensi benefactore domus
 Paradisi in Prussia qua quatuor miliaribus a Dantisco
 sita est. Hanc occupaverant Cistercienses, et forte predicto
 episcopo favente recipimus, ad quam misse fuerunt per-
 sona et Germania et provincia Rheni.

Ordinationes Capituli generalis anni 1592.

Solemnitatis
 institutio S. No-
 minis Jesu.

Jesu Nomen Nazareni crucifixi cum tanta sit majestatis
 et dignitatis et venerationis, ut in eo flecti debeat omne genus
 celestium, terrestrium et inferorum. tanta item reverentia
 apud Patrem ut in eo nomine quidquid petimus accipiamus,
 tantique amoris ut omnium etiam rerum excellat amo-
 rem. tanta autem virtutis ut in eo victus sit diabolus
 et mundus conversus, patrataque omnia miracula, tanta
 que salutis et vite, ut non sit nobis aliud nomen datum
 sub celo, in quo nos oporteat salvos fieri. tanta demum sua-
 vitatis, ut in aure melos atque in ore mel et fribilis in corde
 vere sit. Ideo speciali celebritate meritissime afficiendum
 atque decorandum indicamus. Unde ejusdem S. Nominis

solemnitatem indicimus universis et singulis personis Ordinis celebrari et peragi die 14 Januarii cum omni devotione sub officio quod domus Cartusie quamprimum poterit assignabit quod jam receptum sit vel ab Ecclesia universali, vel a particularibus ecclesiis idem sanctissimum Nomen particulari officio colentibus et celebrantibus. Quo etiam die volumus a singulis summas gratiarum actiones agi pro beneficio sollemnis factae professionis, quam huic sanctissimo Nomini merito tribuimus, officiumque solum huius sollemnitatis esse Prioris et in Missa commemorationem haberi convenientem eidem nostrae professioni.

Solemnitas
S. Joachimi primus
instituitur.

Fran ^{co} Sanchez	6 w	Miguel Ruyz	3 w
Ant ^o de las Cuevas	4 w	Philippe de Castillo	4 w
Narciso Puyalte	4 w	Pedro Hernandez	3 w
Ju ^o de Valencia	4 w	Lorenz Alonso	3 w
Alonso de la Fuente	4 w	Pedro Francos	3 w
Alonsa Cota	6 w	Alonso de Alcalá	3 w
<hr/>			
Compania del Cap ^{tan} Fran ^{co} de Castro Fran ^{co} de Torres de Toledo	4 w		4 w
Fran ^{co} Vasquez	4 w	Ju ^o de Membrillera	4 w
Ju ^o de Ayala	4 w	Bonserrate Anglada	4 w
Hieronymo Bonan	32 w	Gabriel Amoroso	7 w
Christoval de Artiaga	4 w	Pedro Navarro	4 w
Miguel de Vego	12 w	Ju ^o Degone	4 w

de que in libro
ha 9.

Diego Martin	8 w Mathes Hernandez	17 w
Ju ^o del Vado	4 w Ju ^o Villan	4 w
Ju ^o de los Reyes	3 w Pedro Guabaldan	4 w
Franco de Torres	8 w Diego de Valencuela	3 w
Ju ^o Simon	3 w Ant ^o de de Pareja	4 w
Diego Castellanos	7 w Compania del Cap ^o Don Fran ^{co} de la Salas	
Bartholome Canafles	3 w Al ^o Cap ^o Don Fran ^{co} de la Salas	15 w
Ant ^o Ju ^o de Utrilla	4 w Al ^o su Al ^o	7 w
Bartholome Perez	4 w Al ^o su Sargento	5 w
Hernando Diaz	4 w Al ^o Atambor	3 w
Juan Quequer	3 w Al ^o Atambor	3 w
Ju ^o Perez	4 w Al ^o Furiel	2 w
Diego de Frutos	4 w Al ^o Bavero	3 w
Ju ^o Gomez	4 w Al ^o Pifano	2 w
Franco Gomez	4 w Compania del Cap ^o Don Pedro Sarmiento	
Armen Folde Utrilla	4 w Ju ^o de Ostro	4 w
Ju ^o Janet	4 w Franco Valero	4 w
Ju ^o Garces	3 w Diego de Medinilla	9 w
Lucas Garces	4 w Franco Amigo	2 w
Marcos Garcia	3 w Pedro Penares	1 w
Miguel Vidal	3 w Ju ^o de Salazar	4 w
Ant ^o de Mesa	10 w Alonso de Gomez	6 w
Sebastian Gallardo	4 w Hernando Gutierrez	4 w
Ju ^o de Castaneda	6 w Ju ^o Angel	4 w
Martin de Ardena	8 w Hieronimo Merino	2 w
Pedro de Salazar	4 w Pedro Garcia el Moco	4 w
Franco Alcade	4 w Hernando de Castro	1 w
Hernando Rodriguez	5 w Pedro Palomada	1 w
Franco Palomeque	7 w Ant ^o Angel	2 w

Christoval Sanchez	1 w Blas Gonzales	1 w
Ju ^o de la Cruz	1 w Ant ^o de Buena	2 w
Gonzalo Furril	1 w Ramon de Galareta	1 w
Pedro Saagun	1 w Miguel Martinez	7 w
Pedro Garcia	1 w Augustin de hitala	1 w
Franco Bravo	1 w Domingo Atambor	2 w
Alonso Martin	1 w Melchior pagoro	4 w
Ju ^o de Pastriana	1 w Compania de Juan Chancon	
Juan de Medina	5 w Alonso Medel	2 w
Salvador Monserrate	4 w Franco Lopez de Castro	2 w
Juan Gomez	1 w Sargento Alonso Gutierrez	3 w
Miguel de Oripalla	1 w Christoval de Marcon	3 w
Maria Mazate	4 w Ju ^o de Gongra	2 w
Ju ^o Garcia	1 w Alonso Flores	2 w
Sebastian Martinez	1 w Ant ^o Casis	4 w
Juan Costa	1 w Ju ^o Perez	4 w
Domingo Martinez	1 w Bancos Martinez	2 w
Rodrigo Gras	1 w Ju ^o de Monalve	1 w
Alonso de Palacios	1 w Padre fray Diego Costilla	2 w
Alonso de Camayo	4 w Hernando de la Peña	15 w
Rodrigo Alonso	1 w Jacques Vigns	24 w
Alonso de Riviera	1 w Alsz Diego de Ontalva	30 w
Ju ^o Ferdinandez	1 w Franco Costoral	30 w
Pedro Sanchez	1 w Ju ^o Oliver	12 w
Christoval Ro ^o	1 w Pedro de Pasanetta	24 w
Sebastian Sanctilario	1 w Compania del Cap ^o Hernando de Hla	
Ju ^o Sanchez	1 w Alsz Juan delgado	10 w
Thomas Ros	1 w Sargento Franco d'Avila	8 w
Franco de Cisneros	1 w Alsz Juan de Pina	15 w

Don Alvaro Galvez	9 w	alsz Polaz Ynfantes	2 w
alsz Alonso de Montuava	15 w	alsz Thomas Franco	4 w
alsz durs de Borriabra	15 w	alsz Pedro Valderama Verdejo	8 w
alsz Hieronimo Sanchez	6 w	alsz Jui ^o de Avosta	10 w
alsz Jui ^o de Angulo	10 w	sargento Her ^{do} de Palmaseda	13 w
Gonzalo de Aniba	9 w	sargento Her ^{do} Gomez de Aruela	2 w
Jui ^o Martinez de Cordava	9 w	sargento Pedro Lopez Lizarza	2 w
A Bis Osorio	7 w	sargento Carlos de Yerna	4 w
Franco Fernandez	6 w	sargento Andres de Perales	4 w
Bertholome Mattheo	4 w	sargento Alonso de Vinarez	10 w
Jacques Nol	4 w	alsz Don Ysidro Moranon	30 w
Compania del Cap ^o don Pedro Sarmiento don Pedro Castibui			14 w
al d ^{ho} Cap ^o don Pedro Sarmiento	40 w	Martin de Cartagena	9 w
al alsz Franco Salgado	15 w	Alonso de Espeleta	9 w
sargento Melchior de Aguilar	30 w	Martin Leguin	4 w
al alsz Gonzalo de Junco	20 w	Martin de Salinas	4 w
al alsz Sebastian de Paredes	10 w	Andres Perez	4 w
al alsz Diego de la Rocha	20 w	Ant ^o de Madrid	2 w
alsz D. Lorenzo de Villa Vincentio	14 w	Martin de Cereceda	7 w
Don Pedro de Arce y Leyna	14 w	Juan de Legrusan	7 w
sargento Lorenzo Stete	10 w	Juan Parze de Leon	4 w
Jui ^o Bautista Ledesma	10 w	Compania del Cap ^o Hernando de Yslas	
alsz Benito Perez	12 w	Juan de Barrera	8 w
alsz Jui ^o Fernandez de Herrera	15 w	Garcia de Mendocca	6 w
alsz Suero Ygniguez	10 w	Jui ^o de Cerebaga	4 w
alsz Cosme de Ovando	10 w	Domingo de Grandiel	1 w
alsz don Franco del Corral	10 w	Pedro de Herrera	1 w
alsz Christoval Picazo	6 w	Jui ^o Melendis de Guiniel	6 w
alsz Ant ^o de Guenara	12 w	Jui ^o Velasquez	4 w

Roque de Fuentes	1 w	Compania del Capp ^o Ju ^o Braro de Laguna	
Diego Reyes	1 w	Alsz Salvador de la Roca	15 w
Ju ^o de Rojas	4 w	Sargento Diego Gayetan	10 w
Ju ^o Catalan	1 w	Alsz Ju ^o Ponce	20 w
Benito Sanchez	1 w	Don Lups de Castelle	10 w
Franco Moiner de Murcia	1 w	Alsz Blas Gonzales	10 w
Pedro de Andoria	7 w	Franco de Pomas	10 w
Ju ^o Bernardo	2 w	Alsz Alonso Lopez	10 w
Jayne de Guinches	1 w	Franco Martin	6 w
Ju ^o de Sasa Franca	2 w	Lups Aguldo	6 w
Ant ^o Pine	5 w	Franco Garcia	7 w
Pedro Gonzales	1 w	Franco Sanchez Galan	2 w
Diego Rodriguez	1 w	Juan Raphael Agramon	6 w
Somingo de Montes de Oca	9 w	Ju ^o Comarella	6 w
Franco Ruys	3 w	Ju ^o Gomez	6 w
Ju ^o Martin Bautista	2 w	Pedro Fernandez	2 w
Miguel Preciado	7 w	Juan Gutierrez	2 w
Martin de Villa Real	4 w	Juan de Madrid	1 w
Hieronimo Laudo Caro	4 w	Gonzalo Viscayno	1 w
Pedro Belda	3 w	Franco Fabrega	4 w
Alonso Sanchez	6 w	Benito Villa Guerocho	8 w
Alonso de Herrera	6 w	Ju ^o Borrel	4 w
Miguel de Portillo	4 w	Bernardo del Castillo	4 w
Marios de San Juan	2 w	Jayne de Esplugas	6 w
Frances Ponte	3 w	Juan Bradel	6 w
Juan Navarro	3 w	Pedro Gonzales	4 w
Franco Corvel	4 w	Ju ^o de Montoya	8 w
Franco de Vergara	4 w	Elias Entiste	4 w
		Ju ^o Gosequera	4 w

Domingo Perez Pavan	5 w	Alsz Josepe de Cuorax	8 w
Agaspar Petant	11 w	Gabriel Serrano	2 w
Antonio Perez	2 w	Pedro Goncales	2 w
Christoval de Yentas	4 w	Pedro de Almagro	4 w
Ju ^o de Torres	4 w	Juan Gomez	12 w
Juan Lopez	2 w	Juan de la Presa	2 w
Miguel Brillan	2 w	Juan Palominio	2 w
Juan Ballaro	4 w	Alonzo Gutierrez	2 w
Pedro de Angulo	4 w	Thomas Jimenez	3 w
Juan Bautista Cron	4 w	Franco de Corralba	2 w
Lorenzo Ponte	2 w	Diego Garcia Laco	6 w
Franco Hernandez	2 w	Franco de Castro	12 w
Juan de Guzman	7 w	Pedro Sierra	9 w
Josepe Desplugas	9 w	Alsz Alonso Gomez	17 w
Pedro Pintor	20 w	Caspar Banque	1 w
Pedro de Villegas Cinco	2 w	Pedro Fernandes de la Vega	3 w
Juan de Moyano	1 w	Gabriel de Salazar	6 w
Alonso Masias	4 w	Pedro de Ayala	4 w
Franco de Tornavira	4 w	Gabriel de Algarrua	8 w
Juan Alvarez	2 w	Miguel Perez	3 w
Alsz don Ju ^o de Paey	4 w	Bartholome de Antiaça	2 w
Ac'steran R ^s	4 w	Franco de Sepulveda	4 w
Goncalo de Coco	2 w	Antonio de Montalvo	8 w
Manuel Gomez	2 w	Juan de Bayona	2 w
Compania del cap ⁱ Juan de Hornoca		Franco Mbarquez	6 w
Al dho cap ⁱ Ju ^o de Hornoca	20 w	Alonso Lopez	1 w
Alsz Juan de Asca	15 w	Pedro de Violla Velarde	6 w
Atambor Juan Ortiz	6 w	Felippe Arias	12 w
Otro Atambor Nicolas	6 w	Ju ^o Lopez de Avila	10 w

1594

Diego Cavildo	8 w Thomas de Olano	9 w
A Hernan Sanchez	4 w Don Salvador Breguet me	6 w
Pedro Glite	4 w Diego Duarte	2 w
Sebastian Pareja	3 w Bartholome Pede Jervo	5 w
Alsz Pedro de Vargas	16 w Bartholome de Pilches	3 w
Pedro Goncales de Porto	6 w Sebastian Fernandez	4 w
Juan Ciruelo	2 w Sargento Andres Casa Franca	10 w
Giraldo de Arasares	6 w Juan Nieto	4 w
Pedro Garcia	7 w Don Franco Riquelme	12 w
Luzp de Dysera	12 w Fran ^{co} Luzp de Velasco	7 w
Juan Balestros	7 w Juan Mandado	4 w
Alonso Moreda	8 w Alonso de Cascho	4 w
Ju ^o Martinez	7 w Alsz Fran ^{co} Luzp de Velasco	6 w
Estevan Martin	4 w Ayuste de Guerra	10 w
Benito Amagata	7 w Juan Ruy	4 w
Jaspar Julcain	7 w Jayme Forcadel	5 w
Sargento Goncalo de Bustos	6 w Baltasar Martinez	w
Luzp de Maeda Secretario de la Comp ^a	Sommingo Perez	w
<u>del Cap^o Hen^{do} de la Mota</u>	8 w Alonso de Cordova	w
Compania del Cap ^o Antonio Pinto de Fonseca	Hieronimo de la Fuente	w
Al dho Cap ^o Ant ^o Pinto de Fonseca	40 w Juan Braupstista	w
Alsz Pedro Beireira	15 w Alonso de Rojas	w
Sargento Diego de Campos	16 w Fran ^{co} de Laya	w
Alsz D. Juan milarte	20 w Juan de Aguayo	w
Alsz Josepe Ponces	20 w Gabriel Lozano	w
Alsz Garcia de Riviera	20 w Alonso Valeazar	w
Alsz Ganceron Castillon	15 w Anton Justo	w
Antonio Panilla	9 w Alsz Guadiana Philippe, Ruy de	
Sargento Fran ^{co} de Raya	2 w Guadiana	w

Juan Gonzales de Curbanó	4 w Franco Juan	3 w
Sargento Diego Carrasco	2 w Miguel Vallecillos	2 w
Juan de Yglesia	1 w Bartolome de Vergara	1 w
Andres Conca	9 w Franco Castellano	4 w
Pedro Franco	4 w Alon ^{co} Franco Santiago	10 w
Alsz Juan Lozano	6 w Sargento Diego Lapena	13 w
anton de Aralos	4 w Alsz Diego Ramirez	4 w
Antonio Pinto	4 w Pedro Criado	6 w
Josepe de Cabrera	6 w Miguel de quemado	2 w
Alsz Bernardino de Valdebeira	8 w Hernan Lorenzo	2 w
Sargento Christoval Rodrigues	10 w Jua de Ria	1 w
Alonso de Linares	2 w Diego Briceño	2 w
Esteran de Salcedo	10 w Juan Fernandez	2 w
Ambrosio de Crema	16 w Alonso Gomez	2 w
Diferentes personas	Luca Regidor	1 w
Al Commissario Josse Van dam diffinito	50 w Barcos de Sanctander	3 w
Nicolas Vool	6 w Garcia de Albricio	1 w
Bernardino de Cespedes	8 w Sargento Antonio Priego	10 w
Compania de Don Antonio de Luniga	Pedro Hernandez	5 w
Alsz Juan de Santistevan	15 w Alonso Lopez	2 w
Sargento Diego Bustos	5 w Christoval de Escovedo	2 w
Domingo Hernandez	5 w Juan Obesca	7 w
Antonio Fonce	5 w Hieronimo Ygnigo	3 w
Bernardino de Velasco	5 w Bartholome de Morquera	2 w
Antonio Diaz de solo	5 w Sargento Pedro de Reyna	3 w
Franco Martinez	4 w Juan Abunoz	2 w
Alsz Diego de Loro Buxtron	4 w Lorenzo Martinez	5 w
Diego Lopez	1 w Franco de Vloca	1 w
Jayne Morel	4 w Ju ^o de Crisate	1 w

Alonso Alguini	3 w A Juan Giall	3 w
Juan Blanco	4 w Christoval Pascual	3 w
Ju ^o Martinez	1 w Alsz Pedro Ferdinandez	8 w
Pan de San Roman	1 w Alsz Pedro Cano	5 w
Fran ^{co} de Almedo	1 w Alsz Diego de Alfaro	6 w
Alonso Carrero	2 w Alsz Alonso Diaz	6 w
Hieronimo Campo	2 w Alsz Jacome Nieto	4 w
Juan de Cavallos	2 w Alsz Pedro Luazo	10 w
Ju ^o Garcia	4 w Alsz Diego de Vuela	10 w
Diego de Vierna	7 w Alsz Raphael Valligo	4 w
Alsz Ju ^o Guillan	3 w Alsz Pedro de Aldana	10 w
Alsz Pedro de Aquila	8 w Alsz Pedro Borrajan	6 w
Juan Babel	1 w Alsz Ju ^o de Spinosa	10 w
Melchior Stevan	4 w Alsz Diego Descovedo	6 w
Don Guillen de Able	4 w Alsz Barnabe de Spinosa	10 w
Fran ^{co} los Rijos	1 w Alsz Sancho de Gueta	4 w
Pedro Ponte	2 w Sargento Fran ^{co} Ferrano	6 w
Juan Munoz	5 w Juan de Castreao	4 w
Alsz Hernando de Castro	6 w Fran ^{co} Cantoral	13 w
Alsz Bartholome Paerz	6 w Commissario Juan Vasquez	30 w

1^a librantia Et inprimis 15 Januarii anni 1594 expedita fuit prima librantia pro ecclesia 970 florenorum pro ecclesia in qua includebantur 57 persone ejusdem regiminis (scilicet Aliponsi de Mendoca) que obtulerunt 1000 florenos. Sed ad recuperandam istam summam fuit necessarium ire bis Antuerpsiam, et eundo atque redeundo et expectanda solutionem exposui (inquit S. Petrus de Leon) triginta florenos spatio viginti dierum quibus defalcatis ex praedicta summa remanserunt liquidi pro fabrica 970 floreni.

Stastitudo et
torneamenta
Bruxellis, 24 febru-
arii.

Sub finem Februarii Bruxellis novi triumphii celebrantur, Archiduca Ernestus equestres decursus pugnasque induxit. Cum Comite Mansfeldio Carolo et multis aliis proceribus ante palatium regium concurrerit. Toto biduo multae pugnantium cura, multae applaudentium concertationes ut olympicis sic eorum dierum summum decus.

Sigismundus III rex Poloniae solenni pompa rex Suecorum Kalendis Martii coronatur.

2^a libraria
945 florenorum

Item die 20 Aprilis ejusdem anni 1594 expedita fuit secunda libraria ubi continebantur 54 personae, quae obtulerunt 1000 florenos et ad recuperandam istam summam fuit necessarium mittere bis famuleam quendam ad confines Franciae ubi tunc erant milites istius regiminis, et commissarii regis et ministri pedagogis retinerent praedictam summam ex pecuniis quae colligebantur in istis partibus. Pro qua re sciendum contractos

Milites Belgii
in duos exercitus
divisi.

fuisse duos exercitus hoc tempore unum qui irruptionem hostium in Brabantiam impediret, alterum qui cum Carolo Mansfeldio Landrecesium contra Francos mitteretur. Pergit Pater de Leon; et sic expositi in recuperatione istius librariae 35 florenos. Et Commissarius ille qui postea attulit ex Francia pecunias istas retinuit sibi 20 florenos. Haec defalcatis 55 florenis expositis in recuperatione istius librariae remanserunt pro fabrica 945 floreni.

D. Stephanus de
Havria consilia-
rius et thesaurarius
regis catho-
lici supponit pri-
mum lapidem
ecclesiae nostrae.

Primarius lapis nostrae majoris ecclesiae fuit positus in pro-festo S. Philippi et Jacobi Apostolorum anno 1594 per magnificentissimum Dominum Stephanum de Havria Consiliarium catholice Imperatoris nomine Ser^{mo} Archiducis Austriae Ernesti gubernatoris hujus patriae. Officium fecit Reverendus Martinus Caeli cantor et canonicus D. Gundulae officialis et Vicarius generalis archiepiscopatus Mechliniensis in districtu Bruxellensi

sede predicti archiepiscopatus vacante per mortem Rmi D. Joannis
 Hauchini secundi archiepiscopi illius sedis. Praesentes fuerunt mul-
 ti ecclesiastici et saeculares tam Hispanica quam Belgicae nationis
 praecipui amici, fautores et promotores hujus domus inter quos
 generosus Dominus Alphonsus de Mendoga Capitaneus ac ma-
 gister de campo in exercitu regis catholici, qui postea fuit gu-
 bernator Cameracensis de quo supra diximus, et quidam
 Christophorus N.... Adfuerunt quoque Consules et aliqui esse
 Magistratu oppidi Bruxellensis nobilis D. Busldanus primarius
 consul, et honestus vir Vadderer secundarius Consul, honorabilis
 Dominus Bertry utriusque juris licentiatus et primarius que-
 stor, et honestus vir Joannes de Blare primus de consilio oppidi;

Gaudium quippe omnes hic convivio excepti, et Senatus vinum suppeditavit. Fuit
 erat in Israel
 ob novum tem- enim dies laetitiae quando fundata fuit domus Domini. Crux que
 plum et sine
 epulis hujusmodi in loco designato pro ecclesia fuit plantata, diu stetit in caeli
 celebritates frugit.
 usque annum 1608, et postea posita in cimiterio crucifixusque
 est ex cupro sed depictus ut falleret et configeret oculos furum.

Fundamenta ecclesiae fuerunt quinque pedum in latitudine et
 octo in profunditate. Antiquus hic ritus est aedificandi monasterii,
 ut primo locus sacer fieret crucis fisione (Justinian. Const. 5.) Hanc
 Graeci Stavropegiam appellant. Idem Imperator: episcopus ma-
 num extendat ad caelum, et per orationem locum deo consecret:
 fugens in eo nostrae salutis signum, dicimus autem adorandam
 et honorandam vere crucem; sicque inchoet aedificium, bonum
 utique hoc ac decens fundamentum ponens.

Concordantia Eodem die concordatum fuit cum camentario Magistro Andrea
 cum camenta-
 rio et quantum Convictio ut haberet pro qualibet virga 13 florenos et 10 asses
 habuerit pro
 opere manua- conditionaliter, scilicet quod deberet in antiquo monasterio
 rio ecclesiae.
 frangere muros, mundare lapides tam albos quam lateres,

et templum in toto continet 118 virgas cum quarta parte et 65 pedes cum quibusdam parvis extraordinariis operibus et habuit in pecuniis 1572 florenos sequi-assen et clavidem 29 florenorum.

Emittit D. Prior a Curato Peginagii monstrantiam ex cupro securato. S. Anthelmus Procurator alteri ecclesie vendidit postquam argenteariam habuimus a S. J. d'Outelair.

Item curavit deaurari duos calices quorum cupae erant argentee et reliquum ex cupro. Similiter curavit fieri tria coclearia ex argento pro iisdem calicibus, ut puto.

Obiit 27 Januarii D. Cornelius Vanden Kerckhoven professor et olim Prior domus S. Sophie et quondam Prior domus Linæ et Procurator bonorum Cartusie in Brabantia qui ultra 60 annos laudabiliter vivit in Ordine. Destructa domo Buscoducensi, habitavit cum suis in arce Postellensi circiter 9 annis; obsessa arce effosso muro a parte culinae commiserunt se fugae cingulo tenuis per aquas transeuntes atque ita transmissis vallo relictis omnibus contulerunt sese ad pastorem de Hees apud quem per annum plus minus hospitati sunt, extra domum quoque mortuus est hic bonus pastor. Sepultus in Ghedel habuit plenum monachatum in septem provinciis Alemania et Abbatem de Beata Maria per totum Ordinem.

Item Joannes Domelius professor et olim antiquior domus Hollandiae qui ultra 54 annos laudabiliter vivit in Ordine.

D. Joannes Ma-
chon professor
domus Cartusie,
Prior diversarum
domorum.

D. Joannes Machon professor et olim Procurator domus Cartusie nec non Prior domorum Allionis, Pomerii, S. Hugonis, Boni loci, Vicarius item monialium abelani, Prati mollis et Solensis ac Visitator provincia Gebennensis, habuit plenum monachatum. Fuit diligens in officio sicut prolatae scriptae ad D. Christianum Priorem hujus domus (quas penes me nunc habeo)

ostendunt, has exaravit dum esset Prior domus Boni loci conquerens se plures cados vini prestare officialibus regis quam debebat.

D. Joannes
Munnottz pro-
fessus et Procura-
tor domus de
Coris in curia
Romana.

D. Joannes Munnottz, professus et Procurator domus de Coris in curia Romana. Hinc colligitur tunc habuisse privata ibidem negotia, et istud cognomen satis frequenter recurrit in Elencho militum supra posito. Item D. Deodatus professus domus Majoris Cartusie et Procurator domus Romae.

D. Joannes
Gilman scrip-
tor.

D. Joannes Gilman professus domus Loranicæ circa annum 1552, ibidem quondam Vicarius necnon Vicarius quondam Monachalium Gornay atque domus Cornacensis, item Rector monachorum Gornay et Procurator domus Valencenarum, fuerat bursarius in collegio Atrebatensi Loranii; transtulit ex Flandricis in latinum quaedam exercitia spiritualia necio cuius auctoris.

Obierunt monachi 57, Conversi 23, Donati 6, Moniales 2; personæ 88.

Obiit frater Franciscus Rabassa Conversus professus domus Montis hilaris qui 60 annis laudabiliter vixit in ordine, et cum eo 4 monachi et 3 Conversi.

Commendatur et magnificus Dominus Favre medicamentarius et benefactor ejusdem domus. Anniversarium 27 Decembris.

Commendatur R^{mus} in Christo Pater Dominus Lambertus Hubert abbas monasterii S. Petri Gandensis in Blandino amicus Ordinis. Is suscepit ex fonte baptismi in templo S. Jacobi fratrem meum D. Philippum de Wal nunc Dominum de Cavier. De isto præsule tale carmen cecinit a Marea ibidem monachus:

Virtutum studio zeloque armatus Helice
Collegit lacerte fraguina vulsa domus.

Domina Jo-
anna Morelle
mater R. P. Hie-
ronymi Marchant.

Commendatur et honorabilis Matrona Domina Joanna
Morelle mater R. P. D. Hieronymi Marchant quae obiit 19 Apr.
lis forte precedentis anni, nam q' etiam hoc anno incepit
Capitulum.

Ordinatio Provinciae

Priori domus Lyrae non fit misericordia cui curam domus Hollandica
a fundamentis versa committimus, de cuius bonis reddet rationem
Visitatoribus provinciae aut alteri eorum ut de illis possit provideri
professis eiusdem domus quos in dicta domo Lyrae manere volumus
et observantiam regularem pro posse colere.

Priori domus Leodii non fit misericordia et visitetur dicta domus
quamprimum fieri poterit per Priores domus Vallis S. Petri et Montis
Dei tanquam viciniores et a periculis tutiores cum plena potestate Ca-
pituli generalis absolendi quoscunque officiales, et de aliis providendi.
D. Everardus qui privatim cum tali potestate Visitaciones petierat
jam Prior accepit. [Qua mensura mensi fueritis eadem remetetur vobis]

Priori domus Schenae non fit misericordia et ordinamus religiosis
dictae domus ut iuxta praescriptum Illusterrimorum et Reveren-
dissimorum Cardinalium Capetani (protectoris Ordinis) et Alani
(Angli) maneant simul nec de cetero molestant R. P. Priorem
Cartusiae aut suos Visitatores pro obtinendis licentiis emigrandi
ad alias domos, et fratres Conversi sint contenti suo statu
quem professi sunt et consiliis sui Prioris acquiescant relictis
proprio sensu et novationibus quas meditantur.

Ordinationes

Joannes Michiel Quoniam R. P. Prior Cartusiae pere assiduis debilitatibus et
Assistens
R. P. Hieronymo Marchant infirmitatibus praegravatur ne pro negotiorum magnitudine,

quæ in dies occurrunt et accrescunt oneri sibi imposto succum-
bat Capitulum generale ordinat et statuit ut scripturae et signu
V. P. D. Joannis Michel quem idem Capitulum Assistentem ei-
dem dedit tanquam ipsius R. Patris signo omnes personæ Or-
dinis fidem adhibeant indubiam.

Breviarium cor-
rigendum com-
mittitur.

Quæta ordinata et commissa præcedentis Capituli eidem com-
mittitur ut a selectionibus et peritioribus personis a R. P. Priore
Cartusie vel a Patribus Visitoribus eligendis incumbatur
diligentius revisioni Breviarii singulorumque animadversiones
mittantur ad Cartusiam discutienda et examinanda per Ca-
pitulum generale vel dictum R. P. Priorem.

Criminosi ab
Ordine expulsi.

Sciunt aliqui tot mendas in Breviario nostro irrepsisse quod
corrector D. Franciscus Jairius quondam scriba Capituli gene-
ralis a R. Patre datus typographo et ab ipso utpote hæretico Jan-
cellino perversus fuerit. Quem hoc anno in Carta Capituli cum
quibusdam aliis decem Diffinitores declarant non esse amplius
personas Ordinis, sed esse expulsas ab Ordine quod ad hæreticos
confugerint, et cum illis perseverarent. Alios item 18 non qui-
dem hæreticos sed fugitivos et apostatas, ab eodem quoque Ordine
expulerunt et Ordinariorum suorum jurisdictioni reliquerunt.

Ordinationem de fugitivis apostatisque factam, quæ incipit:
Quia multi tanquam statutis conformem approbamus, nihilo-
minus tamen si Ordo aliqua rationabili causa ductus post quar-
tam aut quintam apostasiam eos recipiendos judicaret non recipe-
rentur nisi ad perpetuos carceres.

Confirmamus Ordinationem factam pro subventionem morbi-
alium, quæ incipit: Capitulum generale et singuli Visitores
mittant fascas suarum provinciarum ad domum Majoris
Cartusie in manu R. Patris intra festum Omnium Sanctorum

proxime futurum.

Novitii non recipi-
entur in parvis
domibus.

Quoniam ex bona Novitiorum receptione et educatione præcipua
Ordinis nostri reformatio et profectus pendet, ordinamus ut in postuum
nullus Novitius recipiatur in domibus in quibus nec divinum offi-
cium cum cantu et celebritate debita persolvitur, nec cellæ et
silentii aliarumque regularium observantiarum custodia exacte
servari potest. In ceteris vero domibus non aliter recipiantur Novitii,
nisi cum consilio Visitatorum aut alterius eorum, quando ambo
consuli non poterunt, ad quos mittentur nomina qualitatesque
recipiendorum. Ipsi vero considerabunt in qua provincia sua
domo recipi possint, et retilius institui, et ad eam mittant illos
suscipiendos a conventu juxta formam Statutorum novorum.

Volumus præterea omnes ejusdem domus Novitios unius
Magistri directione institui juxta formam ab Ordine præscri-
bendam. Quæ ut exactior procedat, committitur Visitato-
ribus provinciarum quatenus seligant aliquos Priores aut
monachos suæ provincie doctrina, et experientia, et zelo
Ordinis præstantiores, qui formam instituendorum Novitiorum
describant, et ad R. P. Priorem Cartusie mittant, ut ex omnium
laboribus per aliquos a se deligendos Directorium Novitiorum
collegant et præscribatur offerendum postea Capitulo gene-
rali, et ejus judicio adhibito imprimendum nomine totius
Ordinis. Hoc præstitit R. P. Michall.

Ante hanc ordinationem et post hanc quidam conceperunt
et scripserunt Directorium Novitiorum, moderno tempore
D. Joannes T Anthinne professor domus lovaniensis.

alienationes
Bonomum secun-
dum Statuta
facienda

Declaramus locationes Emphyteuses alienationes aliter
a nostris fieri non posse quam observato nostro Statuto sub
pena nullitatis quoad præfatos contractus et absolutionis quoad

Priores, et disciplinae generalis quoad subditos.

Negotium uni- Inhaerentes Ordinationi Capituli generalis anni 1592 quae inci-
 onis parvarum pit: Cum sciamus in parvis domibus, impingimus omnibus Ita-
 domorum ur- getur. liae praesertim Francicae Visitatoribus ut cum eorum consilio
 quos ad hoc idoneos judicaverint omnes et singuli in suis provin-
 ciis omnem operam impendant et omni sollicitudine laborent
 in procuranda parvarum domorum unione, vel inter se vel
 cum aliis ejusdem provinciae domibus. Quod si aliquae aliis uni-
 ri nequeant iidem Visitatores expensis provinciae ac diminuto
 numero monachorum in majoribus domibus (si opus fue-
 rit) provideant ut ejusmodi parvae domus in eum statum
 redigantur in quo possunt alere duodecim monachos, ut tam
 in officio divino celebrando, quam in aliis regularibus observantiis
 vigere in eis valeat Ordinis disciplina. In eius ordinationis
 executionem Visitatores provinciae Lombardiae propinquioris
 domus Montis Benedicti et Montis Frachii simul uniri pro-
 curent permittentes loca Genuae ad domum Savonae pertinen-
 tia posse distrahi et converti ad emptionem bonorum
 stabilium pro ampliatione majori dictae domus Savonae
 cum eodem onere apposito in conperio s. Georgii.

Hospitalitas
 maxime erga
 personas Ordinis commen-
 datur.

Quia nihil tam decet christianum nedum Cartusianum
 quam caritatis et hospitalitatis officia et jura servare erga
 consortes naturae, maxime autem ejusdem professionis
 et vocationis. Ideo pertinere ad nos judicavimus diligentius
 nostris commendare et rogare ut personas Ordinis ad se
 adventantes lubenter suscipiant, et humane tractent, et
 gratis omnia propter illius amorem qui suscepit nos et
 omnia uno seipsum gratis nobis donavit, hac tamen
 occasione volumus personas Ordinis vel ibi dictius ma-

neri, vel frequentius exire de suis domibus: ita tamen caritatis officia commendamus, ut etiam iustitiae partes non debeamus negligere, ad quem maxime pertinet reddere unicuique quod suum est. Unde plurimum nostros rogamus, et in Domino hortamur, ut quaecumque domus sunt aliis debitorum quam citissime fieri poterit satisfaciunt creditis ad quod compellantur per Visitatores etiam per suspensionem ab officiis, quorum prudentiae committimus ita sapienter et suaviter disponere omnia ut a cetero inter nostros propterea non sint schismata, risae, et contentiones. Et ideo Cartusia simul aperiens offert omnibus filiis suis omnia gratis hospitalitatis et caritatis officia. Domus tamen vicina Civis, quae nimis frequenti et longa officialium quorundam mansione gravantur possunt statuti uti libertate et indulgentia.

Reprehendimus et damnamus plurimum usum thoracis et caligarum tam femoralium quam tibialium ex storio, quas a pedulibus separatas, et de panno esse volumus ad formam Ordinis; nec minus copias et pallia serica vel quasi serica, impungentes Visitatoribus ut super eo diligenter invigilent, et omnino hanc consuetudinem aboleant.

Maximo nostros dolore intelleximus quosdam ex nostris ita suae paupertatis et professionis oblitos, ut non ex divitiis ad paupertatem, sed a paupertate ad divitias et cupiditates transisse videantur, unde illas gravissime monemus et hortamur in Domino ut tandem intelligant nihil sibi licere apud se servare, nec Superioribus concedere quam quae ad simplicem usum et vitae necessitatem pertineant iuxta sacros Canones et maxime

sacri Concilii Tridentini, quae satis nostra Statuta declarant, super quo primum Priores, secundo Visitatores, si illi neglexerint diligentissime invigilent ne Deus offendatur, et tam sancta Religio violetur. Fr. Bruno, scriba Capituli generalis.

Fundatio domus B. Mariae Vallis Misericordiae in loco de Lameiras secundo e lapide inclitae et nobilissimae urbis Ulyssiponensis metropolis regni Portugalliae.

Post fundatam ab Ill^{mo} et R^{mo} D. archiepiscopo Eboensi domum Cartusiae Scalae Caeli anno 1587 semper monachi illi colunt, qui ex domo Scalae Dei venerunt summo studio suo Divinae obtutus ad aliam erigendam nostri Ordinis Cartusiam in civitate Ulyssiponensi, quae Portugalliae florentissima princeps est, celeberrimisque totius Occidentis atque Indiae orientalis emporium. Quibus sane optimis desideriis cito divina providentia occurrens animumque Ill^{mi} ac R^{mi} D. Georgii ab Attayde visendis episcopi, Alcobatice abbatis, et Ser^{mi} D. Philippi Portugalliae regis super nominis primi sacellani majoris excitare non distulit; qui cum esset Ordini nostro Cartusiensi valde affectus longeque studiosus hujusmodi fundationem totis viribus suscipere dedignatus non est; imo vero cum dicto Ser^{mo} Domino Rege (erat enim a consiliis ei primarius) effecit, ut mille aureos de annuis redditibus annis singulis pro domo supradicta construenda promitteret ut patet ex litteris Ser^{mi} D. Philippi regis Portugalliae I anno hoc 1594 missis Ser^{mo} D. Cardinali Alberto Archiduci Austriae et Lusitaniae gubernatori.

Ex litteris partibus R. P. D. Hieronymi de-
mus Cartusiae
Prioris die 13 Oct.
bris 1592.

Spe igitur tanti praelati nec non Ser^{mi} D. Cardinalis Alberti Archiducis Austriae (qui anno 1621 obiit Comes Flandriae et Dux Brabantiae, etc.) qui tunc temporis gubernatoris officium in regno Lusitaniae gerebat, et aliarum illustrium

personarum dictus Ordo noster Cartusianus totum negotium
 erectionis hujus domus V. P. D. Joanni Bellot Cartusie Vallis
 Christi provincie Catalonie monacho professo et Commissario
 in partibus Lusitaniae unice commendavit, qui Ulyssiponem
 adiens sua singulari industria inventa pretiosa margarita
 providit agro isti ad novam plantationem fundandam, ins-
 tituitque Rectorem hujus Cartusianae messis D. Ludovicum Tel-
 mum (qui fuerat alterius quoque Cartusie in Lusitaniae regno
 primus Rector scilicet seclae Coeli) et D. Hieronymum Ardis Pro-
 curatorem, quae quidem provisio in Capitulo generali hujus anni
 1594 approbata et confirmata fuit.

Ex carta Capi-
 tuli generalis 1594.

Interim cum praedicti primi Patres Ulyssipone reverent in
 loco qui dicitur Pampullia, ubi aliqua praedia ab Ill^{mo} D. Epis-
 copo Visensi data possidebant cum intentione ibi erigendi no-
 vam plantationem, accidit ut dicto anno 1594 dum in huma-
 nis esset quaedam honesta vidua Donna Simona Godinha vo-
 citata, quondam Ludovici de Almeida nobilis viri Lusitani
 uxor (quae quidam erat colore pullo ex insula S. Thomae,
 quae sub linea aequinoctiali sita est, ipsa vero ditissima bo-
 nisque hujus seculi mirum in modum locupletata) suum
 ultimum conderet testamentum, et pia devotione mota
 Congregationem sive confraternitatem Misericordiae in civitate
 Ulyssiponensi institutam universalem omnium et singu-
 lorum bonorum suorum deligeret: ita tamen quod Con-
 gregatio hujusmodi in loco de Laveiras secundo ab urbe Uly-
 siponensi lapide in flumini Tazi faucibus sito unum
 monasterium Monialium pauperum sive religiosorum
 ex eisdem bonis construere et redditum annuum ad
 sustentationem duodecim personarum sufficienter largiri
 et assignare teneretur.

Ex Bulla Clementis VIII apud S. Petrum diebus Decembris 1597. Defuncta igitur hac nobili muliere cum in posterum supra dictum legatum prefato Ser^{mo} Domino regi Philippo innotuisset a Summo Pontifice Clemente VIII commutationem intentionis dictae Domine Simona impetravit, et monasterium mulierum pauperum seu virorum quod erat in dicto loco de Laveiras edificandum per suas Apostolicas litteras Ordini Cartusiano applicuit: Datum Romae apud S. Petrum diebus Decembris anno Incarnationis Dominicae 1597, Pontificatus sui anno 6.

Ex sententia laica per Simonem Porger Vic. gen. 10 Decembris 1598. Quae postquam executioni mandatae fuerunt per officialem Ill^{mi} ac R^{mi} Domini Archiepiscopi Nlyssipsonensis, D. Vicentius Bruno tunc Procurator hujus nove plantationis die 12 Decembris anno 1598 in forma juridica possessionem accepit de praedio et fundis quae prefata Donna Simona habebat in loco de Laveiras ubi hodie erecta est dicta Cartusia quae Vallis ethi-

ca Instrumento dicitur a Charta Capituli anni 1610 inchoata est appellari; possessionis a Joanne Lomea licet antea domus nove plantationis vel novarum plantationum prope Nlyssipsonem Priores nuncuparentur.

Hoc anno D. Bertrandus Morel Gallus professor domus Montis Dei provinciae Picardiae missus fuit Lusitaniam ad regendam domum Scalae Caeli prope Eboram, ad quam pervenit 30 septembris ejusdem anni, quod Lusitani graviter ferant jugum Castellavorum. R^{mus} D. Theotonius archiepiscopus Eboracensis ejusdem domus fundator et dotator praecedenti anno nove domus extra urbis pomeria fundamenta fecerat 23 Martii, atque primariam lapidem (ecclesiae forte) benedixit Dominica in Albis, 24 Aprilis ejusdem anni.

Ernestus de pace cogitat. Ernestus Belgii proceres maturo consilio ac praevia deliberatione habita, litteras candido plenas ad confederatos ordines Hagam Comitum misit quibus eos ad concordiam bellica

odia deponenda diserto sermone fraternique affectu invitabat.

Ordines lectis Archiducis litteris auditaque Legatorum oratione minime tanti fecere Archiducis auctoritatem, quanti facturos nonnulli existimabant; sed collectis omnibus, quas habere viribus Groeningam urbem Frisiae munitissimam et celeberrimam obsederunt, cum prius Casardiam obsidione liberassent tandem 27 Maii Ernesto respondent; inter alia scribunt Suae Celsitudini in causis Belgicis

Senatus hispani. precipuos consiliarios constitutos Comitem de Fuentes, D. Guilelmum
 cui Ernesto guber-
 natori adest. de S. Clemente, et Stephanum de Harra (quem supra diximus
 posuisse primarium lapidem in fundamentis ecclesiae nostrae)
 Hispanos omnes cum mandato quod iidem exteri suam Celsi-
 tudinem instruerent quibus ea Belgicis proceribus fidendum,
 quomodo provincia debeant gubernari et regi, et quo pacto
 confederati in ordinem sint redigendi.

Chappel in Etras occupat Mansfeldius.
 Dum haec in Hollandia geruntur Carolus Comes Mansfeldius cum expedito exercitu nomine regis Hispaniarum in Galliam profectus Chappellam in Ducatu Chieracensi, vulgo Etras obsedit et 10 maij occupat.

3^a librantia
 955 florenorum
 Die 20 mensis eiusdem anni 94 expedita fuit tertia librantia ubi continebantur 96 personae eiusdem regiminis, quae offerebant 1000 florenos, sed unus ex ministris Computatorum qui expeditabat istam librantiam petiit a me mutuo 25 florenos, et in recuperatione huius summae secundo bis Antuerpianam et expectando ibidem solutionem exposui 20 florenos, inquit Pater de Leon, quibus defalcatis cum aliis 25 mutuo datis remanent pro fabrica 955 floreni.

Decretum S. S. N. Clementis VIII. de Casuum reservatione pro Regularibus.

Sanctissimus S. N. qui jam pridem accurate perpenderit et reipso comperit quod reservatio facultatis absolvendi Religiosos

penitentes a peccatis quibusdam gravioribus nisi superiores ad modum prudenter ac moderate illa utantur, nonnullos inferiores qui interdum Superiori suo conscientie maculas detegere formidant adducere posset in aeternae damnationis periculum et spiritualis remedii desperationem. Ideo ut huic malo sua sanctitas opportune prospiceret, decrevit ut nemo ex Regularium superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet exceptis iis quae sequuntur, aut omnibus aut eorum aliquot. prout subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverit:

- 1 Veneficia, Incantationes, Sortilegia;
 - 2 Apostasia a Religione, sive habitu dimisso sive retento, quando eo pervenerit ut extra septa monasterii seu Conventus egressio fiat;
 - 3 Nocturna ac furtiva e monasterio seu conventu egressio etiam non animo apostatandi;
 - 4 Proprietas contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale;
 - 5 Juramentum falsum in iudicio regulari seu legitimo;
 - 6 Procuratio, auxilium seu consilium ad abortum faciendum post animatum fetum etiam effectu non secuta;
 - 7 Falsificatio manus aut sigilli officialium monasterii aut Conventus;
 - 8 Fursum de rebus monasterii seu conventus in ea quantitate quae sit peccatum mortale;
 - 9 lapsus carnis voluntarius opere consummatus;
 - 10 Occisio aut vulneratio seu gravis percussio cujuscumque personae;
 - 11 Abalitiolum impedimentum aut retardatio aut apertio litterarum a Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad superiores.
- 1 Si quod aliud praeterea peccatum grave pro Religionis con-

- servatione, aut pro conscientia punitate reservandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine aut provincialis in provincia matura discussione et consensu.
- 2 Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando aliquod peccatum reservatum admiserint aut ipsimet subditi sponte ac proprio motu id ab aliis petierint.
 - 3 Superiores in singulis domibus deputent duos aut tres aut quotative confessarios pro subditorum numero majori vel minori, iique sint docti, prudentes et caritate praediti, qui non a reservatis eos absolvant, et quibus etiam reservatorum absolutio committatur quando casus occurrerit in quo eam debere committi ipse inprimis Confessarius judicaverit.
 - 4 Nam Superiores pro tempore existentes, quam confessarii qui postea ad superioritatis officium fuerint promoti, caveant diligentissime ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerint ad exteriorem gubernationem utantur.
 - 5 Licebit tamen Superioribus determinare poenitentias graves quibusdam peccatis et non reservatis a Confessariis imponendas quae subditos ab huiusmodi perpetrando cohibere possint.
 - 6 Atque ita per quoscumque Regularium Superiores quicumque illi sint observari mandavit non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis aut a quovis Concilio etiam generalis, decretis nec non consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore observatis aut provincialibus Capitulis editis statutis et constitutionibus etiam apostolica auctoritate confirmatis privilegiis, indultis et concessionibus quibuscumque quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum die 26 Maii 1594.

Andreas Sobolonus, secretarius.

14 Junii Ernestus Antuerpsiam ingressus ab omnibus civibus incredibili triumpho et pompa exceptus est, non sine multorum religionis regisque amantium dolore et indignatione, qui inutiles expensas et immoderatos sumptus qui quotidie ad ostentationem et lasciviam faciebant, in tuendam defendendamque Groningam a confederatis obsessam tanti momenti civitatem convertere satius judicabant.

tam obsessi quam obsidentes utrinque se viros preestabant. At culpa erat in aula regia, quae sive militum sive pecuniae defectu nulli urbi subsidium misit, urbi inquam tam potenti, tam regi fideli tot pro rege passae tam munitae, qua una salva ceteris omnibus amissis bellum in illa septentrionali Belgii parte geri et cuncta recuperari potuissent. Hinc catholici constantius confederatis adherent quia a rege non satis defenduntur ejus vires alibi distrahantur, ne reversus fortunarum periculum adeant, et quamvis denegetur ipsis publicum religionis exercitium, tamen catholicos esse et vivere permittantur, hinc ab historicis notatur hoc anno novus modus matrimonii celebrandi coram senatu, Notario sacerdote vires gerente quod nonnulli catholici induci non potuissent in Calvinorum ecclesiis matrimonia contrahere ibique scilicet domo circa fiunt proclamationes.

Archidux Ernestus nihil intentatum reliquit ut obsessis opem ferret. Comes Fuentius lectus ut eo cum exercitu contenderet Yvarra pecuniae non contemnendam copiam coegerat sed nihil effectum est. Fatale fuit quod Groeningensibus imminerebat.

4^a Librantia Die igitur 16 mensis Julii anni 94 expedita fuit altera
933 florenorum.

librantia per eundem Dominum Gabrielem de S. Stephano Pa-
gadore generalem ubi continebantur 95 persone ejusdem supra
regiminis que obtulerunt mille florenos. Sed ex istis pecuniis unus
ex ministris qui laborabat in expeditionibus nostris petivit a me
mutuo 30 florenos, et ego exposui in recuperatione eundo Antu-
erpiam 12 florenos, et etiam est quidam annotatus in eadem
librantia cui assignata sunt 20 scuta pro elemosyna, sed
voluit habere dimidiam partem pro se quam sedi illi, quia erat
in necessitate, hoc est 10 florenos. Quibus defalcatis cum aliis
triginta mutuo datis et 12 in recuperatione expositis, reman-
serunt pro fabrica 933 floreni.

Groninga provin-
cie cognominis
civitas primaria
in Hollandorum
potestatem dela-
pta est.

Groninga que diu stetit in fide Dei et regis tandem 22 Julii
in manus hostium venit, zelus Dei contra peccata nostra relict
ignis exardescerebat, nam ab anno 1587 nihil fere prospere ac-
tum est in Belgio sed plurimarum urbium et maximarum
facturam fecimus. Hoc etiam in causa est quod nostri Prin-
cipes nimis intenti essent rebus Gallicis, predicto enim anno
sacra liga in Francia capta est, quam semper fovit rex
Hispaniarum ut prece ipso suorum Belgarum curam
postponeret, sed ut est in Proverbio qui duos lepores insectatur
neutrum capit, nisi apud Deum mercedem habeat quod
catholica religio in tam bono statu permaneat in Francia
quam quidem cum amplexus fuisset rex Henricus IV,
liga paulatim dissolvi cepit, Dux Lotharingie et alii
multi Principes regi reconciliati sunt.

Galli autem memores quoties proximis his annis ab
Hispanis Belgisque lacesiti fuissent in Luxemburgi
Ubiarumque agros populandi excurrunt.

5^a librantia Pergit Pater de Leon in suo Computo: Item prima die Septem.
957 florenorum.

bis ejusdem anni 94 expedita fuit altera librantia super eundem Pagadore[m] generalem ubi continebantur octuaginta quinque persone ejusdem regiminis, quæ obtulerunt mille florenos, et ad expediendam hanc librantiam, et recuperandam præditam summam, dedi quibusdam officialibus qui laborabant in expeditionibus 29 florenos, et ego eundo Antuerpiam, et expectando solutionem exposui 15 florenos et dedi famulo qui computavit pecunias pro labore et sacco tres florenos. Itaque defalcatis a principali summa 43 florenis, remanserunt pro fabrica 957 floreni.

*Coniunctio
in Fickon.*

Coniuncturunt in Brabantia Itali tam equites quam pedites sub eo præteste quod dicerent se post Parmensis obitum minus honeste exceptos, neque stipendia præstita Hispanos sibi præferri, usque stipendia præstari. Quocirca castris regis relictis Sichernum occuparunt, ibique se munierunt. Dumque stipendia nulla mitterentur non solum agrum Brabantinum ad portas usque Bruscellenses, sed et Leodiensem ad usque portas civitatis noxium habuerunt et tributis gravissimis subiecerunt scilicet 500 florenorum Brabantia. Hinc Brabantinorum et Leodiensium frequentes ad Archiducem Ernestum querelæ, quibus permotus militem Hispanicum mittit, qui eos vel in Ordinem redigant vel loco propulsent. Hispani itaque imperata facientes infestis signis eos nonnullis munitionibus expulerunt.

*Nassovii in-
genium.*

Nassovius metuens ne ea hostibus amici facti conjunctis viribus in agrum Bredanum irruerent, erant enim 1023 pedites, equites 700 variis adhibitis artibus, Italos seditiosos in Hispanos animavit, sed et eis fidem et defensionem si Sichernum pellerentur promisit et recipere inde pulsos ad Bredam

accepit. Hi Hieronymus varia tractavit; inimicitia cum regis capitales exorta maxime vero cum Hispanis donec multis et repromissis pollicitationibus placati adnumerata acceptaque pecunia in Brabantiam ad castra reverterentur.

R. P. D. Hieronymus Reverendus in Christo Pater D. Hieronymus Marchant domo
Marchant non
sine opinione
sanctitatis moritur. Ancharius professor primo Abbatisville secundo majoris domus
Cartusie alias scriba et Vicarius ejusdem domus. Et primus
Prior domus S. Spiritus in civitate Lugdunensi ob eximiam
pietatem insignemque vitae sanctimoniam anno Domini 1588
in totius Ordinis Generalem electus cui praefuit usque ad
hunc annum 1594, cum 26 Septembris vitae finem fecit
Vir omnium calculo sanctissimus et miraculorum gloria illustris.

Abstinencia virtute praecipue pollebat, ut D. Torval qui illi inser-
viebat saepe quasi egeret illum ut comederet; et d. Venceslaus
ultimus professor domus Delpensis qui aliquando in Cartusia
habitavit narravit dictum R. P. D. Hieronymum leprosum in
lecto suo collocasse et sic pristinae sanitati et puritati restituisse.
Plura tempus revelabit. Et puerum qui sine Baptismo obierat
resuscitasse intellexi a D. Petro Daens qui in Cartusia habitavit,
et plura alia.

illi in regimine domus Cartusie et Ordinis successit R. P. D.
Joannes Michel, vir doctus et spiritualis, qui D. Hieronymo
Assistens datus fuerat ultimo Capitulo.

28 Octobris secutus est eum per mortem D. Petrus a Cyoteria
professor et olim Prior domus S. Stephani et Brunonis et
Clarimontis.

Item D. Damianus professor domus Papiae Prior olim domorum
S. Laurentii prope Padulam, Parmae, Ferrariae, Luciae, Mantuae et Me-
diolani, Visitator utriusque Lombardiae, qui obiit 15 Octobris 1594.

De vita et moribus V. P. Hieronymi Marchantii

Prioris Cartusiae Majoris et totius Ordinis Generalis

Natus est Hieronymus Marchantius Auchenii in Morinis honestis et probis parentibus, de fluctivaga saeculi tempestate vocatus ad portum religionis ab eo, qui ubi vult spirat, in Cartusia Abbatisville, Christi jugum mite suis cervicibus suspendit per ea tempora, quibus V. P. Bernardus Carassus, miles quondam ideoque tribunus militum in saeculo, tunc Prior Montis Dei et collega Visitatorum Picardiae, Provinciam lustrabat. Qui ex dictamine officii sui studens edificare sion de vivis lapidibus et dispersiones Israelis congregare (nam injuria bellorum et iniquitate temporum illorum, multum Cartusiensis Ordo factatus fuerat, accipiens inimicum imbrem, nimisque fatiscens), si in probum piique religiosum aliquem incidisset, quem unctio pietatis, honestatis decore et severitas ornaret disciplinae nihil prius aut antiquius habebat, quam eum sibi adungere vel ad matricem Or-

Post mortem divinis transmittere. Cum igitur anno 1566 Comitibus centuriatis R. P. D. Petri tandem quae contigit ab electus fuisset in Ordinis Generalem memore illius, quem non Julii 1566 electus fuerit R. P. Bernardus Carassus tunc Prior Mon. evasuum, Marchantii (et vero didicerat eum jam tum

divinis revelationibus et visitationibus supernorum civium, ac potissimum Regine omnium beatissimae Virginis illustrem) ad arcem totius Ordinis eum accersivit, vel eo nomine plurimum commendandus, quod exemplo S. Helgonis episcopi Lincolnensis teste Baronio, viros probos et

et de Navarra temp. legimus doctos statim ab initio sui praesulatus lateri suo adhibuerit quod viros sapientia predestan quorum consilio rarecentem Ordinem redintegravit, et fugi- pes in consilium adhibuerit, dignos tunc antiquas Consuetudines ad usum revocavit, Novam Ita- potissimum ad honorum gradus promovit.

tutorum Collectionem diu a Patribus desideratam, prelo dedit
 pristinumque fervorem resuscitavit (primo Capitulo cui preffuit
 anno 1567), adscito potissimum in adfulorium tanti conatus
 et moliminis S. Joseph patrocinio; cuius festum diem toti voluit
 Ordini celebrem esse atque solemnem: nec vero frustratus
 est expectatione sua. Secutus est omnino fructus quem
 speraverat et expectaverat ex tanti patroni meritis et interventu,
 nam Ordo ex tunc reviviscere et sobolescere cepit et propagari
 vehementer. Adoptatus igitur Marchantius in novam adeoque
 primariam Ordinis familiam iuxta statuta vetera se-
 cundam in ea professionem edidit, privatus aliquandiu
 vivit, et Deo vacans, absconditus in abscondito faciei Domini
 a conturbatione hominum, et a contradictione linguarum,
 nesciens incommoda corporis aut adversa mundi, quæ neque
 sentiebat admodum, qui alienum ab huiusmodi metu ne acci-
 dant, animum gerebat: de quibus ait S. Ambrosius quod non
 vita perfective, si his careat definitur, sed si ista contemnat,
 qui enim contristatur his non secundum Deum contristatur;
 quod autem non secundum Deum, hoc plenum stultitia. Jamque
 nihilominus in illa solitudine videbatur sibi quadamtenus Christi
 coheres, ipsi compatiendo, commouendo, sequi cum illo in
 sepulchro illo suæ vivæ sepulturae consepeliendo tractationem
 rationis et orationis habens in nidulo suo, et intendens
 omnimodæ disciplinæ, quæ tamen Christi haberet gubernacula.

Jamque longa exercitatione videbatur in tantum proficisse,
 ut aptus quoque crederetur, qui rerum æternarum adminis-
 trationi, absque suspitione periculi tuto præfici posset. Hæc
 ex decreto Patrum instituitur Procurator Majoris Cartusie
 in obedientia Villetana. Quam ille administrationem velut

segetem exercendæ caritatis sic arripuit, ut facile pateret omnibus eum non tam officium vel honorem, quam exercitium virtutis in eo affectare. Siquidem totum tempus illud, quod questuræ faciendæ dari solet, dabat operibus caritatis et misericordiæ, dans omnibus affluenter calamitosis, afflictis, depauperatis, quibus erat res angusta domi; nec de superfluo tantum, sed et de necessario victu atque vestitu proprio, sibi, quidquid poterat detrahebat, ut illis conferret, contentus ipse conscientia virtutis, sciens animæ solam materiam et cibum esse misericordiã.

erat in vicino (S. Stephani memorie dicatus is locus est) leprosorium ad quod frequenter divertere solebat, tum ut solaretur afflictos, tum ut mederetur eorum inopie; cum quibus et cibum quandoque sumpsit eorumque sordes levit, eos etiam osculo dignatus, non tam ut eos (exemplo S. Martini) sanaret osculo, quam ut eorum osculo sanaretur ab infirmitatibus suis, quibus anima prægravatur. Et tamen licet eorum consuetudine frequenter fruere, ab habituato eorum morbooso statu semper cum admiratione suorum vindicatus est, Deo nimirum providente, ne tam effusa et prodiga valetudinis et vitæ suæ caritas contagio læderetur. Fertur etiam per eadem tempora (res non admodum in aperto est, quod omnia sua silenter semper occultaret) puerum absque baptismi gratia mortuum ad vitam revocasse tandem quoque superstitem in vita servasse, donec ad aquas salutis veniret.

Ille igitur qui ad questuram illam missus fuerat, ut economiam curaret, mutatis studiis deprehensus est, non questorem sed catechistam potius agere, totumque se lucro animarum, verius quam questui pecuniarum aut fortu-

narum animum addixisse. Quapropter cum jam satis constaret epus genium non ad temporalia, sed ad eterna naturaliter et suo quodam pondere ferri, ad Cartusiam revocatus est, ut domesticis fidei curam fideliter impenderet. Ubi illud semper visus est sibi ipsi inculcare, quod alius quidam in Vita Patrum dicebat: Hodie servire Deo cepisti, hodie hic inhabitare cepisti, sic esto quotidie peregrinus ut crastino liberandus. Hoc sibi quotidie consulebat. Ut autem assuesceret stilo Cartusie scriba creatus est ad tempus: nec multo post ejusdem domus vicarius renunciatus et Novitiorum curam agitaret. Quos ut novellas magnae spei plantationes, ut animatas Dei imagines accurate semper excoluit, quibus et non minus exemplo quam verbo praecebat vitam dicens plenam laborum, quietis vacuum, et quasi ex alia quadam materia corpus compositum haberet, ita illi vires una cum labore crescere videbantur. Et tanta autem multitudine juniorum qui ex omni regione ad Cartusiam confluebant, nemo fuit qui beneficiis epus aliquid non deberet. erat autem numerus eorum non vulgaris et eo magis stupendus quod via ante epus adventum inveniretur, qui ad habitum adduci posset: imo vero res eo redacta jam erat, ut tricenarium singulare concederetur iis qui per triennium in Cartusia se stabilissent. Deo porro benedicente, et Hieronymo nostro cooperante Novitatus Cartusie foetu novae proles ita multiplicatus est, ut de fontibus epus et provincia Burgundiae, quae funditus exhausta erat, et aliae viciniores provinciae copiose potuerint irrigari, et ab ipso pene interitus hiatus ad plenitudinem numerumque suum pristinum revocari.

Inter novas plantas, quas excoluit, eminebat Petrus Paulus Robineus Lugdunensis qui ex abundantia sua multa milia aureorum ultimis tabulis ante professionem suam legavit in rudimenta prima Lugdunensis Cartusiae. Cui fundationi et elementationi primae, qui precesset nemo re-
 pertus est aptior P. Hieronymo. Legitur anno 1588 Rector illius primus institutus est decreto isto solennis Capituli generalis:
Novam plantationem in civitate Lugdunensi, quam vocari
volumus domum Liliorum, cujus ecclesiam Spiritui Sancto
communi consensu R. Patris et ceterorum Diffinitorum
dedicari visum est, Ordini incorporamus; cujus Rectorem
et promotorem V. P. D. Hieronymum Marchant domus
Maoris Cartusiae professorem et Vicarium instituisimus. Pono
 Lugduni sanctitatis et integritatis eam opinionem est adeptus,
 ut eum viri sancti cognomine cohonestarent non pauci.
 Certe ex ore viri gravis auditum est aliquando, non ali-
 ter eum excipi et audiri solere, quam si novus homo
 venisset e caelo; et vero aspectu (quod de B. Loth legitur) pu-
 stus erat. Ipsius verba nescio quam energiam habebant;
 nec mirum cum ex illo eius pectore prodirent, in quo
 thesaurus erat optimarum voluntatum. Ieiunium ver-
 terat in naturam, et saepe in vesperum suspendebat escu-
 riam: cumque exhaustam penum ex abundanti largitione
 sua conneret, ad viciniam declinabat nonnunquam ut panis
 fragmentum emendicaret et latrantem stomachum
 sedaret. Noverat enim bonae valetudinis matrem esse fru-
 galitatem: difficillimumque esse necessitati satisfacere
 et voluptati non obedire: ideo parcimonie maxime stude-
 bat, sibi nequam, aliis bonus, donans effuse quidquid

sibi genioque suo subtrahisset, verum probans esse quod vulgo dicitur: *Langitio fundum non habet.*

Estat peregria quoddam in Lugdunensi Cartusia, ex quo despectari solet civitas. Ex illo P. Hieronymus saepe preces fundebat ad Deum, rogans misericordem Dominum ut parceret civitati; per quatuor aut plures horas persistens in oratione, identidemque repetens illud Psalmædi: Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tue: salutem populi sitiens, et animarum cura desiderans avidissime. Ceterum ingrediebatur ejus voces e rerum divinarum meditatione, tanquam ab igne, et ideo Deum facile flectebat, et alios adorandum incendebat.

Solitus est quidam ex ejus mediastinis referre, quod cum aliquando ad Cartusiam chaporem pariter proficiscerentur, nihil aliud quam hymnodiam haberet in ore, perpetuoque frequentaret illud: Gloria Patri et Filio, etc., unquam solus incederet presenti animo omnia et singula divini officii sentia, et verba ponderabat, libentiusque canonicum horarum officium quam privatum persolvebat pensum orationum, sciens officii recitationem nomine Ecclesie factam quod fructum infinitam esse; officium autem studiose recitari cum rite omnia profunderentur. Ad fructum orationum ejus referre haud dubitem, quod circa hæc tempora, cum videlicet Sixtus V Pont. Max. Ecclesie gratias redderet ad singula Dei beneficia, unde non poterat satari repetitione hujus versiculi quem summe omnibus commendabat.

virtutum epitomen cernere erat; qui et deinde per omnem

Doxologiam S. Trinitatis frequenterabat Gloria Patri, etc. et merito quia hic est adequatus modus laudandi Deum, quo S. Trinitas seipsam contemplans infinite laudat et glorificat ab omnibus æternitate. Quocirca S. Franciscus crebro jubilabat Gloria Patri, etc. hac etiam ratione

reliquam vitam cum magna circumspectione propria salutis in arrepto proposito se confirmavit.

Cum anno 1586 Reverendus in Christo Pater D. Bernardus Carassus obiisset; in locum demortui successit est D. Hieronymus Lignanum Bononiensis Prior sed cum ob infirmitatem moras traheret et ad Cartusiam cunctaretur venire, in eius absentia praefuit Cartusiae et Ovidii D. Mathias Continus professor domus Parisiensis, sed obiit anno sequenti 1587, 12 Augusti; nequidem tunc Lignanum advenerat; hinc ceteris Portuum et sollicitudo maxima recurrit, cum viderent se sine Rectore: cumque ad R. P. Hieronymum Marchantium de re summa Ordinis recubissent, monuit ne quid praepropere agerint sed expectarent sequens Capitulum, quod celebratum fuit anno 1588 ad quod tandem licet difficulter venit tamen R. P. Hieronymus Lignanum, sed totus adhuc debilis et valetudinarius. Qui causatus invalidum corpus infirmitatibus variis obnoxium petit exauctorationem, Patres laudata eius obedientia, quod postulabat indulserunt, exauctoratus est, et paucis post diebus languore pariter et vita caruit 24 Maii.

In eius locum unanimi omnium Patrum Diffinitorum consensu Marchantius electus est. De eius electione id dicere liceat, quod sicut propter demerita populi Deus hypocritam regnare permittit: ita propter Ordinis merita, vel praecedentium Patrum suffragia Rectorem persepe dat moderatum et iustum. Hic igitur ut in Generalem adscitus fuit, nihil prius habuit, quam ut sibi colligeret auctoritatem ex vita et virtute sua. Novat enim longum iter per praecipua, breve per exempla: quamobrem non tam hortatu suo, quam vite castigationis exemplo studuit laxatum Ordinem redintegrare.

Et vero laxioribus velis navigabat disciplina regularis in multis provinciis, nec unus erat vultus Ordinis, sed varias fomitem dissolutioni ministrantibus bellorum motibus, qui longe lateque in orbe Christiano flagrabant. Quid faceret Hieronymus noster adversus hanc morum ruinam? Noverat se servum publicum, et splendidam servire servitutem, nec tam pro imperio, quam pro statu et conditione temporum illorum agenda. Fecit igitur quod epus prudentiam decuit, duas virgas assumpsit (ut est apud Prophetam) quarum unam vocavit decorem, alteram funiculum: cepit enim decorem domus Dei et Ordinis primum ante omnia restituere: primus ipse per diem et pernoct in ecclesia stationes et vigiliis frequentare, crebro luminarium usu noctem illustrare, aliaque stupenda magis miranda, quam imitanda designare.

Funiculum quoque talem adhibuit: male coherentes animos in vinculo caritatis mutuaque benevolentiae cohibuit, per Visitatores aliosque ad id idoneos id unice procurans, ut unitas Ordinis constaret, et magis ac magis coalesceret. Per ea tempora libellum supplicem obtulit sedi Apostolicae: cuius supplicationibus annuens Sixtus Papa V confirmavit omnes gratias: indulgentias, exemptiones ac privilegia Ordinis anno 1588.

Inter illustriores viros, quos ad habitum suscepit et exercitiis imbuere institutis fuerunt hi, D. Petrus Serval canonicus Rhemensis vir magni nominis qui pro Ordine multos labores et longinquas peregrinationes in Italiam, Hispaniam et Belgium in Bataviam usque subivit. Joannes Charles quoque canonicus quondam et Cantor ecclesiae Meldensis qui Cantusiae Romane unum nomen dare decreverisset, epus familiaris Joannes de Roy nobilis ejusdem oppidi; autem

ipsi potius esse coepit, ut ad Cartusiam matrem prius diverteret. Suscepit illos humanissime R. P. Hieronymus, invocatoque super eos numine S. Spiritus, ita cor immutavit utriusque ut negarent se ulterius progressuros in cepto itinere. Tigitur coma deposita et saecularibus esuriis in monachos detonsi sunt, magnisque profectibus in via Dei proficientes digni tandem habiti sunt, qui aliis quoque proficerentur. Quorum ille Cartusiam exortis ~~Merulae~~ recessit cum ingenti opinione prudentiae in qua et obiit anno 1617 alter Joannes Le Roy Varias domos Sylvae Benedictae, Petrae castri et Vallis S. Georgii graviter administravit, suscepit etiam ad habitum R. P. Carolum (qui postea Bruno dicitur est) D'Affringues qui ob insignem juris et Canonum peritiam Arvisionensis civitatis fuerat officialis. Recepit et illum qui hodie sedet ad gubernacula Ordinis R. P. Justum Perrot, cui et mente divinitus mota praedixit eum ad id oneris et honoris crehendum.

factura domus Ipsius autem regimen licet ipse alioquin singulari
Correriae circa Dei praesidio vallaretur, sine nube non fuit; conflavit
annum 1589 combusta fuit
destinata tri-enim sub illo matris Cartusia, quae factura triginta mil-
ginta millibus
aureorum. libris aureorum destinata est. Quis putas tunc illi ex-
nenti flagrans incendium sensus fuit? Cura fuit illi praec-

Et Anno 1591 cipua, ut ab incendio codicis eruerentur; cetera commendavit
R. Pater et Domus
Cartusiae remi-Deo et vulcano. Utque imperturbatum animum suum
sit delictum ostenderet, una cum conventu suo canticum Be Deum
trium-millium decantavit cum ad Correriam descenderet. S. Remigii verus
quingentorum
quatuordecim
scutorum quo imitator, qui similem facturam passus, assedit incen-
illi tenebatur ditio, dicens focum semper bonum esse. Proxime insecuto an-
Capitulum gene- no 1593, Comitia Ordinis (Capitulum generale vocant) habi-
rale et supra dictum est. ta sunt in domo S. Mariae de Quatia prope Cicinum: ad

Anno autem 1592 in Vigilia Omnium
sanctorum supe- quae dum P. Hieronymus properat, quos in Ordine no-
rior domus Cartusia incendio deflagavit.

verat majoris apud Deum esse meriti, quos inter facile princeps erat, is cuius supra mentio facta est D. Guilielmus Chri-
solmæus Prior tunc domus Romanæ, et Procurator generalis
Ordinis apud suam sanctitatem; cuius felicem ad Deum
transitum in spiritu cognovit; propria quoque manu
Cartæ Capituli generalis inseruit, et Diptychis domus soro-
rem Mariam Riou magnæ virtutis virginem profes-
sam Cartusie Gosnayensis: cuius post aliquot annos se-
pulturæ, corpus integrum et incorruptum repertum est.

Quid memorem rigorem illius? Vita ejus abstinencia pene
fuit perpetua in pane et aqua. Quandoque pane cibario as-
sumpto contendebat in montes et invias rupes ubi quatuordecim
nonnunquam agebat, victitans pane suo et agrestibus pomis,
cubans sub tegrine autumnalium arborum, vel si inle-
mentia cæli non pateretur, divertens ad sacellum Deiparæ
de Casalibus. Si vero feriatus esset ab Ordinis negotiis, tum
habenas penitus laxabat nocturnis orationibus, quas intempesta
noctis silentio fundebat in ecclesia vel in cimiterio subdivali;
subalternans modo illud: tu es Christus filius Dei vivi; modo
illud aliud: requiem æternam dona eis, Domine; nec hyemante
quantumvis celo prohiberi poterat ab incepto. Nec tamen corpus
sine animo exercebat, neque animum sine corpore; sciens alte-
rum athletarum alterum inertium esse; cæcæ quoque non
ignorabat esse sine disciplina naturam, et utramque parum
haberi momenti si subtrahatur exercitium. Res miseratione
dignissima erat videre virum ad infulas et gubernacula natum,

Homo cuius caro aëna videbatur: cui volupe erat frigidissima, anni tempestate
intra torrentem Cartusie subiectum demittere sese ad moram non modicam, qui
ad villam, lica circiter abjunctam, qui est limes ultimus recessioni a communi domo
concessæ Generali (Cuvier), nudipes ibat, nec raro per interjectum desertum quatuordecim toto
oberrans solis herbis et pomis agrestibus famam depellebat, inibi incurrens in ali-
quam crucis imaginem extinguebat schavissime; nec nisi post horas ternas
aut etiam quaternas cessabat stringere ac suaviter redemptionis nostræ mo-
nimentum. Dignus qui miraculis insignibus clavisset, et quod fama de eo
fert, mortuos quoque excitasse, ad vitam evadatur. Hæc est Theophrilo Raynaudi.

nudipedalia celebrare per aspera et confragosa itinera ad sacellum de Casalibus, quatuor horas solidas poplitibus in terram fixis, instar columna lapidea, locum quem occupasset orando, non deserere; et (quod semel in anno solemne fuit olim summo Iudeorum Pontifici) diem perpetuum unum expiationis ducere. Vidisses illum frequenter ita in oratione devotum, ut et oculi caligarent a fletu et facies ab ardore pectoris intumesceret; nec eum quisquam fixis obtutibus intuitus est, qui non fateretur se compungi et salubri rubore suffundi. Effundebat torrentes orationum; nec aliud dixisses esse eius preces et aspirationes, quam radium lucis aeternae manantem a rationibus idcirco aeternis, quae vivunt in mente Dei quibus ipse regit omnia et moderatur. Denique tota vita ipsius virtus erat et sapientia practica.

In eo videtur locum habuisse quod ait Cornelius a Lapide in Epistolam primam ad Corinthios c. 9 a viris prudentibus in Vita Sanctorum solemiter observatum fuisse, nullos pene sanctos miraculis et gestorum rerumque admirandarum gloria claruisse, nisi illos, qui jejuniis et vita austeritate excelluerunt, quique corpus afflixerunt; aut a Deo morbis, vel ab hostibus et tyrannis, tormentis et criminis afflicti fuerunt; ceteros sanctos, qui communem vitam egerunt, multum quidem sibi et Ecclesiae profuisse, sed miracula aut nulla aut rara patrasse. Si queras quae miracula designavit P. Hieronymus? praeter ea quae jam supra tetigimus narrantur et alia a fide dignis et oculatis testibus, quorum illud non postremum, quod cum pictor quidam in opere testudineo Ecclesiae laboraret, subitoque casu, pede fallente devolutus esset in praecipitium, adeoque collisus esset, ut nec surgere posset, ad tactum P. Hieronymi

statim convalescit, et ad opus redierit. Supersunt hodieque qui fratrem Conversum se vidisse referunt adeo impotentem, ut nec in pedes se confirmare posset, qui similiter tactu manus epus subito convalescit. De leproso narratur quoque quod cum in epus lectulo depositus fuisset, idem convalescentiae repentinae beneficium consecutus sit.

Parum fecisse videri poterat, nisi et seipsum contra vim morbi et mortis erigeret: quod qualiter acciderit, breviter perstringendum est. Decumbens lecto affixus, adeo ut nec caetera limen cubicelli sui pedem efferre posset: cuius officium ut suppleret V. R. Vicarius d'Esmeretz ingressus est sanctuarium, jamque in procinctu erat, ut processionem iniret cum Venerabili Sacramento, cum repente P. Hieronymus in spiritu vehementi surgens ex lectulo perrexit ad officium, et quasi generosior ex eo quod passus erat, ut candens ferrum frigidae aspersione, sic ipse contra vim aegritudinis animi robusto vigore supra seipsum erectus ordinavit quid esset cantandum, accessit ad altare, detulit Venerabile sacramentum stupentibus omnibus, qui aderant videntibusque quod velut cyenea voce laudes et odas concineret Deo, qui paulo ante clinicus vix poterat praeter lassitudinem membrum unum movere. Videre erat hominem modo e corpore eminentem, modo vultu toto praeter spiritus ardore inflammatum, oculis jugiter in V. sacramentum defixis. An non et inter miranda et miracula numerandum etiam illud, quod in supremo spiritu constitutus ubi viaticum audivit ad se deferri, e lectulo identidem se deiecit, et obviam processit? Omitto quod alias defectis viribus cum in lecto aegritudinis quaereretur, inventus est in vetere bibliotheca in mentis

D. Jacobus Spa professor Cartusiae hospes in domo sylvae nuper per epistolas indicavit D. Nicolaum du Molin Priorum sibi narrasse se vidisse suis oculis P. Hieronymum in ecstasi positum et elevatum a pavimenti altitudine duorum cubitorum et quomodo aliquoties inventus est in nemoribus Cartusiae latens similiter corpore et spiritu abstractus a terra.

accessu, elevatus ad aliquot pedes a terra, soli jam deo vivens; soli vacans meditando, contemplando, fruendo.

sed hoc supra omne miraculum est quod usque ad supremum diem, vitæ tenorem præstare potuerit, et exemplo hortatuque suo Conventum Cartusie ad consimilem vitæ rigorem consecrandum adeo animavit ut frenis potiusquam calcariibus opus esset. Referebatque quandoque V. P. Vicarius Desmaretz Conventum per ea tempora sic inhiasse vitæ rigori et austeritatibus, ut necesse fuerit obire cellas singulorum et instrumenta nimis, quamvis pie, parum tamen consulte austeritatis auferre, frequenter illis inculcando Basilianum illud: Quicquid quisque ex propria voluntatis arbitrio facit, id cum facientis sit proprium alienum est a cultu pietatis. Nihilominus existimabant se posse licite quod in capite spinoso videbant membra teniora absque periculo propriae voluntatis imitari.

Non potuit hujus ærumnas vitæ felicior quam terminavit clausula terminare, nam et raro dissentanea sunt mors et vitæ bona. Igitur quum ad extrema venisset, post aliquantum agonem plenus affectu, avidens spiritu, caritate summa in Deum estuans erupit tandem in has voces: Misericordias Domini in æternum cantabo, frequentius identidem repetens, cum jam a spiritu raptus divideretur a mundo, et separaretur a semetipso. Decessit in Majori Cartusia cui præfuit, totique simul Ordini ab anno 1588 usque ad annum 1594 quo obiit, 26 Septembris.

Hieronymus II cognomento Marchant ex Priore Cartusie Lugdunensis ob eximiam pietatem insignemque vitæ sanctimoniam anno Domini 1588 in totius Ordinis Generalem est

electus, cui praefuit usque ad annum 1594

Ca. LI. Cart. VI. de soboles Hieronymi alt. I.

CVL. t. I. Ut reaprat VeL VI. O. Lenter epos

Notae et elucidationes in vitam R. P. D. Hieronymi Marchantii ad
maiores rei gesta cognitionem adipiscendam et intel-
ligendam, ac armorum seriem inveniendam.

R. P. D. Bernardus Carassus professor Cartusiae Parisiensis Prior
domus Montis Dei ac Picardiae Convisitator anno 1566 electus
in Priorem Majoris Cartusiae ac Generalem Ordinis, sequentis
anni 1567, cui primum praefuit, instituit Solemnitatem
S. Joseph sponsi S. Virginis Mariae.

D. Hieronymus Marchant natus est Auchinii (gallice natif
d'Auchy-le-Chasteau limitrophe de France pais d'Artois et
subject au Roy d'Espagne), fuit professor domus Abbatisvilla;
ac ibidem primo repulsam passus fuerat; unde tristis et afflic-
tus propecerat se subtus arborem deprecans B. V. Mariam,
multis lachrymis et precibus viscera misericordiae eius pul-
sans donec ipsi apparendo persuasit ut iterato locum peteret
atque obtineret.

De puero resuscitato non tantum P. Joannes de Meldeman
scribit, sed etiam P. Petrus Daemas qui habitavit in Cartusia
refert, quod objurgasset parentes de negligentia illustrandi
puerum aquis baptismi qui responderunt se ob hoc
maxime lugere quod sine gratia hac discessisset et protinus
ad vitam revocavit, etc.

R. P. Bernardus Carassus, praeter hunc P. Hieronymum
etiam ea haec provincia accessit D. Wenceslaum Plenevaux
ultimum professum domus Delphensis, quem Priorem
postea dedit domui Sellionis et Boni loci, item D. Francis-

cum Carere professum domus nostrae Brussellensis, sed sic remansit in provincia; D. Roaldum Nicolai professum domus Leodiensis lego in domo Cartusiae defunctum circa annum 1592. Immo D. Joannes de Meldeman scribit singulare tricennarium eis concessum fuisse qui se stabiliissent per triennium in dicta Majori Cartusia. Nunc vice versa professi Cartusia replent vicinas et remotas domus Ordinis ut jam seminarium Ordinis dici queat.

Ipso primo anno, quo R. P. Carassus praefuit Capitulo generali scilicet 1567 instituit Solemnitatem S. Joseph sponsi B. V. Mariae, quoniam, inquit, in pluribus mundi partibus hoc tempore calamitoso propter defectum personarum Ordo manifeste deficit, ita ut nihil aliud superesse videatur ad medendum et obviandum tantae cladi, nisi ut oculos in caelos levemus.

P. Hieronymus Marchant anno 1572 subscripsit cartae tanquam scriba, annis vero 1583, 1584 1588 tanquam Vicarius.

Tempore Vicariatus sui receptus fuit ad Ordinem Petrus Paulus Robineaus qui instante professione sua legavit notabilem summam pro emendo fundo construenda novae Cartusiae Lugduni, in qua primus Rector fuit P. Hieronymus; discipulus autem eius Robineaus obiit anno 1600 in Cartusia.

Le R. P. Hierosme (inquit P. Meldeman) avoit particulièrement la discretion des esprits, et avoit un grave singulier pour mortifier et exercer à la vertu et pour conforter, consoler et relever ceux qui estoient tentez pusillanimes et dejectes. Quod etiam confirmat P. Wenceslaus, quod ipsum ab officio Prioratus absolutum consolatus fuerit verbis S. Genesis martyris, qui dum in caelo suspendebatur, unguis laceraretur, lampadibus.

urereur dicebat: Non est Deus praeter Christum, pro quo si milles occi-
dare, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non poteritis.

Vides me hac pagina coarctandum, et D. Gerardum non satis
asserentem sensum gallicum de conversione duorum istorum
Patrum D. Joannis Charles Prioris Montis Aberulae qui obiit 8 Januarii
anno 1617 et D. Joannis de Roy Prioris domus Brasserville, qui
alias fuit Prior Sylvae Benedictae, Petricae castri et Vallis S. Georgii
obiit 6 Augusti anno 1629. Quare ponam verba P. Meldeman:
Le R. P. Hierosme avoit une telle efficace en ses paroles et de vis familiers
et en son maintien exterieur qu'il changeoit les coeurs et les volon-
tez ce qu'on peut colliger de ce que le V. P. D. Jean de Roy et D. Jean
Charles, qui est decede Prior de Montmerle m'ont raconte par ensemble
leur est arrive, a sçavoir qu'estans tous deux a Rome, D. Jean de Roy
qui estoit gentilhomme de Meaux fut inspire de Dieu a se faire
Chartreux, ce qu'ayant declare confidentement a D. Jean Charles (qui
estoit chanoine et chantre de l'eglise de Meaux) il tascha a l'en
destourner, et comme ledit D. Jean de Roy sen vint en Chartreuse
por effectuer son bon desir, l'autre le suivit et continuellement
employoit tout son artifice a des voies mesme fort obliques et extra-
vagantes pour le divertir jusques a ce qu'estant entree en la celle

Quidam dicunt de N. R. P.
& Patrem adiecit
hymnum Veni
Creator spiritus.

et apres avoir dit leur Ave, Maria a la forme de l'Ordre,
le R. P. D. Hierosme les ayant benignement salues, et temoigne
l'agrecer leur arrivée et entretenus un peu sur le subject de la grâce
que Dieu fait a une personne de le retirer du monde pour le servir
en Religion cet instrument de Satan fut change en un instant
et converti en un vaseau d'election car il a esté très bon religieux
et m'a dit qu'estant plusieurs fois agité de l'esprit d'instabilité
et mondain le seul aspect du feu R. Père le remettait en sa premiere
ferveur et dévotion.

P. Daems narrat, prout in Cartusia audivit, R. P. Marchant cum esset Prior Cartusiae pueros qui illi sunt docuisse mater-
nam orationem (id est orare pro parentibus, benefactoribus
et amicis et verbis expressis pro R. Patre maximo peccatore.
Praebat ipse, et pueri verbo tenus repetebant, exemplum
D. Joannis Gersonis imitatus, qui cum catechisaret pueros
decebat pariter orare Deum pro se his verbis: Mon Dieu, mon
Créateur, ayez pitié de Jean Gerson, votre pauvre serviteur.

*Guillelmus R. mus. D. D. Ala-
nus Cardinalis
Angliae munitur
et in carta Capi-
tuli commendatus.* Neque hic finem habuit fatalis necessitas ni et prius Guilelmum
Alanum vivis subduceret, et de Christiani orbis illustribus
viris perfectius triumpharet. Hic ex professore theologo Du-
aci Cardinalis a Sixto V creatus vir scriptis editis clarus, et
Philippo II Hispaniae rege deprecante apud Belgas Mechlinien-
si archiepiscopus designatus, verum morte praeventus et
purpure et mitra oblata insignia cum vita deposuit. Eius
tumulus latericii operis in aede S. Trinitatis, qua Anglorum est
cum hoc elogio, conspicitur:

Deo trino et uni

Guilhelmo Alano Lancastriensi S. R. E. Presb. Card. Angliae, qui extorris
a Sabia perfunctus laboribus diuturnis, et orthodoxa religione tuenda
sudoribus multis in seminariis ad salutem Patriae instituendis, fo-
vendis, periculis plurimis, ob Ecclesiam Romanam, opera, scrip-
tis omni corporis animique contentione defensam hic in epus-
gremio scientiae, pietatis, modestiae, integritatis fama, et ex-
emplo clarus ac piis omnibus carus occubuit. XVII Kal. Novemb. anno de-
ctis LXIII, salutis humanae MDXCIV.

*Marchio de
Alyona* Obiit etiam in Hispaniis *Guillelmus et Excell^{mus} D. D. Franciscus de*
Monte Cabeno. Marchio de Alyona et Procurator Valentianus ha-
bit Anniversarium per totum Ordinem sub die 13 Novembris.

Est Bruxellis hoc anno 1630 quidam Comes de Ossina et Marchio ab Aitona, qui secundo hic legatum agit et est a consiliis status et fuit postea gubernator patriæ Ordini nostro bene affectus.

Joannes Castellius adolescens Parisiensis Regem Gallia cultro petit et afficitur supplicio, et Societas Jesu regno extirminatur.

Parentum domus e regione palatii sita amburitur: in eius area pyramis marmorea perenne immans flagitii monumentum cum aurea cruce erecta fuit, cui hæc disticha adscripta fuerunt:

Hic domus immansi quondam fuit hospita monstro
Cruce ubi nunc celsum tollit in astra caput
Sancti in miseros penam hanc sacer ardo penates
Regibus ut sives sanctus esse nihil.

Carolus Borbonius, Caroli Cardinalis et fundatoris Carthusiæ Gallionis nepos, filius Ludovici Principis Condæ et Leonardæ de Roze creatus Cardinalis a Gregorio XIII pridie Idus Decembris 1583 cognomento Vindocinensis inde Borbonius. Interest Comitibus Plesensibus 1588, Abbas S. Germani Parisiensis ibi moritur ^{prid} Calendas Augusti 1594, sepultus Gallione juxta patrum prædecessorem ætatis 33.

Fuit archiepiscopus Rotomagensis, quem ab infantia usque ad mortem immaturam zelus domus Dei semper comedit.

Anni 1594 primordia ab Ernesto optimi Principis funere Belgæ ducunt. Hic enim dum regis Hispani mandato adversus Navarrae regem rursus classicum pulsari imperasset, novumque bellum denuntiasset, et Confederatorum in Belgio animos ad obsequium fidemque sui regis excitasset calculi doloribus oppressus et Februarii in Domino placida morte obdormivit ætatis anno circiter quadragesimo.

Quarto die post epus obitum recepimus a receptore generali Goddin 300 florenos, quos ad intercessionem Patris de Leon ex ordinatione Ser^{mi} Archiducis concesserunt Domini de finantiis loco arborum pro tecto ecclesie in puram elemosynam ut oraretur pro ipso, et in carta Capituli generalis sequentis commendatur tanquam fautor Ordinis.

De praecipiti ipsius fato quidam hoc laconicum dedit Chronographicum:

Venit rexit obit DVX AVSTRIVS, Inge Me Belgia.

Ernesto Austriae fratri Albertus Belgarum Princeps in monumento in lamina posuit:

Memoriae Serenissimi Principis

Ernesti Archiducis Austriae Maximiliani II Imp. filii ex Maria Carolina V Imp. F. Ferdinandi I nep. Maximil. I abn. Rudolphi 2ⁱ fratris, qui cum regnum Hungariae et finitima loca per annos XVII fortiter feliciterque administrasset, ad Belgii gubernacula a Philippo 2^o rege avunculo vocatus, eadem provincias etsi brevi XIII mensium spatio cum aeterna sua laude et gratia rexit in avita religione, in pace, in imperio reducendo intentus, in iisque curis mortuus anno MDLXXCV, X Kal. Mart. cum visisset XLII. M. VIII. D. V.

Posuit Albertus Archidux Austriae, Belgii Princeps singulari in fratrem affectu, ejusque corpus ex adverso in tumulo Ducum Brabantiae reliquit monumentum hic voluit extare.

Antea enim visebatur in medio chori S. Gudulicæ et effigies ipsius Ernesti marmorea in modum dormientis, nunc ad aspitem dextram translata, et Leo Belgicus ex cere fuso superimpositus monumento Ducum Brabantiae.

Petro Henrriquez fontium Comiti provinciarum Belgarum

demandatur a rege gubernatio, et a Deo datus est Belgio salvator, sub ipsius enim regimine inimici nostri nec Franci nec Hollandi prevaluerunt super nos sed ipse multas urbes et victorias obtinuit beneque de domo nostra meritis ut insignia ipsius in fenestris sacelli fidem faciunt.

Hollandi per insidias occupant Brucium sed paulo post ope et subsidio Comitis Fontani, et industria Elothæi summi bellatoris ubi cingitur tantaque vi concutitur ut per murorum prærupta ab Hispanis occuparetur cæsis præsidiariis et qui arcem tuebantur incolumitatem præsti hanc seque dederunt.

Carolus Mansfeldius ob insignem fortitudinis bellicæ gloriam, quæ apud omnes orbis Christiani monarchas innotuerat a Rudolpho Cæsare in Germaniam adversus Christiani sanguinis hostem evocatus eodem tempore abiit.

6^a librantia
840 florenorum Et quandoquidem incepti pecunias et librantias commemorare pro fabrica receptas pergam.

Legitur 15 Februarii anni 1595 expedita fuit altera librantia super eundem Pagadore[m] generalem ubi continebantur 77 persone ejusdem regiminis (pacto Alboni de Abendoca) quæ obtulerunt 1000 florenos, sed est notandum quod ibidem includitur quædam summa 60 scutorum quam summam ego (Petrus de Leon) dederam antea mutuo ex pecuniis præcedentibus Gubernatori diamuda, Balthasari de Artigosa, et quia non poterat mihi restituere in prompta pecunia dedit schedulam ut ea suo stipendio recuperaretur inter elemosinas. Itaque defalcatis istis 60 scutis, quæ faciunt 150 florenos, et etiam defalcatis 10 florenis quos ego exponi in recuperatione remanserunt pro fabrica 840 floreni.

7^a librantia
922 florenorum 10 Item die 9 mensis Martii expedita fuit altera librantia super eundem Pagadore[m] generalem D. Jeronimum, ubi continebantur 97 persone ejusdem regiminis quæ obtulerunt 1000 florenos;

et ad recuperandam istam summam, fuit necesse mittere ad confines Franciae, ubi tunc erat Comes de Fontibus nuntium proprium cum diversis litteris ad Commissarios qui ibidem colligebant pecunias et faciebant solutiones, et tandem post multos labores et expensas quia erant novi et incogniti ministri recepi assignationem ut irem Antuerpiam ad ministros ejusdem novi Regis, unde expositi in recuperatione hujus fabricae 40 florenos, et est notandum quod in ista librantia annotantur 50 scuta cuidam vesilifero Petro de Salazar, cui ego dederam antea 15 scuta mutuo, quae faciunt 37 florenos cum dimidio, quibus defalcatis cum 40 expositis in recuperatione remanserunt pro fabrica 920 floreni cum dimidio.

Secundum historiam Comes Fontanus erat in obsidione Ghuensi, nam civitas 13 Martii crece vero 20 ejusdem mensis recuperata fuit, postquam expeditionem ~~expeditionem~~ Comes de Fontibus non ignorans quantum a Gallis discriminis immineret Hannoniae et Artesiae (cum jam Carolus Mansfeldius Imperatori contra Sultatum Turcicum opem adferret catholicorum suique regis annuus votis) ipse versus Picardiae agros habito Principum virorum consilio cum expedita manu, quae jam toties de ea gente triumpharat, tendit; Hauechis Marchione imperium Belagicum obtinere jussu.

Pastranus Dux Dux Pastranus cum jam pridem maximo cum desiderio expe-
Brussellas venit. ~~apparebit~~ tandem 13 Aprilis Brussellas cum lectissimis equitum copiis venit. Et Fontanus cum tota aula omnesque proceres tam caeteri quam Belgici obviam prodire, magnificentissimeque exceptum in urbem deducunt.

Obitus Rmi D. Joannis a Strypen secundus episcopus Middelburgensis S. C. licentiatum, cui in ecclesia sua obiit anno 1594
8 Julii.

nunquam residere permillum fuit ab hostibus, quippe qui civitate a Geusis capta, coactus est propter zelum catholice religionis partim Colonia, partim Luxemburgae apud Lindanum caulare, tandemque Lovanii ex parte catholice regis Majestatis, praeses seminarii theologicum, eorum qui civis animarum praeficiendi sunt, quod ibidem rex catholicus erexit constitutus est vir certe perquam insignis optimo ingenio excellentique doctrina praeditus. Et in carta Capituli hujus anni commendatur tanquam amicus Ordinis. Sepultus in D. Quintini parochiali eccle.

Obiit D. Bartholomaeus bestoris professor et antiquior domus Arinianis alias Prior Montis rivi, Petricae certui et Verne qui 6 annos laudabiliter visit in Ordine.

Obierunt circiter 41 monachi, 23 Conversi, 2 Moniales, 7 Donati: 73 personae.

Michael de Mora *gubernator Lusitanice.* *Exurgitur* Abissa de Domina pro Ill^{mo} et R^{mo} D. D. Georgio (ab Athayde) episcopo Visensi sacellano majore regio catholice nec non pro Illustri D. Michaela de Mora gubernatore regni Portugalice praecipuis promotaribus novarum plantationum Ordinis in urbe Missiponensi.

Priori domus hydra non fit misericordia et volumus ut iuxta ordinationem Capituli praeteriti anni administratio bonorum domus Hollandiae sit penes eundem. Et monachi domus Hollandiae professi ad dictam domum per Visitatores missi tractentur et habeantur ut ejusdem domus professi, et hoc per modum provisionis donec pars reddita fuerit patriae; et quia domus Hollandiae non indiget alio Priore D. Nicolaus ultimus Prior dictae domus resideat in domo Capelle suae professionis quem ab officio Prioris absolvimus.

Priori domus leodii (D. Everardo Valentino) fit misericordia,

et præficiamus in Priorem dictæ domus D. Arnoldum Thavennium propterea a Prioratu domus Sophiæ absolutum.

Et præficiamus in Priorem domus S. Sophiæ D. Michaellem (Jusema) professum et procuratorem domus Lovanii.

Monita et ordinationes

Ut quæ de cetero fient per Capitulum generale ordinationes cum majori consideratione et circumspectione per Capitulum sequens confirmentur, vel infirmentur, et semel confirmatæ stabilitius et efficacius observentur monemus et hortamur omnes et singulos Priores, et alias personas Ordinis ut si existimaverint ordinationem recentem factam esse minus utilem mittant ad Cartusiam ante sequens Capitulum in scriptis rationes quibus ad hoc putandum moventur offerendas diffinitoribus ejusdem sequentis Capituli quatenus ex earum consideratione rectum judicium super his ferre possint. Et quia hæc id non fuit observatum in ordinationibus post Novam Collectionem Statutorum confirmatis, similiter monemus omnes personas Ordinis ut si aliquam vel aliquas ex illis minus utiles putaverint suas ad hoc rationes ante Capitulum, sequens ad Cartusiam mittant offerendas diffinitoribus, ut pariter super his maturius deliberetur. Insuper declaramus, ordinationes quæ sequenti anno non fuerint expresse confirmatæ nullius roboris esse etiamsi expresse non infirmentur.

Ordinationem anni præteriti quæ incipit Quoniam ex bona receptione, etc. confirmamus dumtaxat quantum ad hoc quod Novitii non recipiantur de cætero in parvis domibus, in quibus divinum officium diurnum pariter

et nocturnum cum cante non persolvitur. Et ordinamus ac volumus omnes monachos in eisdem parvis domibus per Ordinis obedientiam habitantes habere in omnibus tractatibus vocem perinde ac si essent earum professi, verumtamen non poterunt eligere Priorem, sed per Capitulum generale aut R. P. Cartusie providebitur dictis parvis domibus de Priore quoties opus fuerit.

Ordinationem de fugitivis et apostatis post quartam fugam non recipiendis nisi ad perpetuos carceres confirmamus. Si tamen tales in carcere positi post aliquod tempus certa vere poenitentiae et emendationis signa ostenderit, de quibus Prior et officiales cum discretioribus domus in qua morabantur, et Visitator provinciae fidem fecerint poterit Capitulum generale aut R. Pater Cartusie super annum illos relaxare, ita tamen ut ad officia Ordinis nunquam assumantur.

Ut occurramus et provideamus frequentissimis justisque querelis quorundam monachorum in domibus non suae professionis per obedientiam Ordinis commorantium, quibus vestimenta et alia necessaria juxta formam Ordinis non ministrantur, sed tanquam extranei et hospites a quibusdam negliguntur, statuimus et ordinamus ut Visitatores singularum provinciarum praescribant certum numerum monachorum, quem singula domus suae provinciae possunt absque gravamine et penuria sustentare ex annuis proventus eorum. Quos proventus ut ipsi Visitatores integre et veraciter agnoscent, praecipimus sub pena inobedientiae Prioribus et officariis singularum domorum ut illos prout secundum conscientiam cognoverint dictis Visitatoribus revelent, et eis exhibeant liberos computorum et receptorum ad horum notitiam,

necessarios. In domibus autem Visitatorum præscribetur hic numerus per Commissarios ad id deputandos quibus sub eadem pena Priores et officiales declarabunt in veritate proventus domus suæ. Postquam autem fuerit præscriptus certus numerus monachorum in singulis domibus sustentandis singula domus ex integro provideant de necessariis juxta *Statutum* et intentionem Ordinis omnibus tam hospiti-
 tibus quam professis, qui in eis per obedientiam morabuntur infra numerum sibi assignatum; quod si Priores facere neglexerint, ubi primum id legitime probatum fuerit ab officio suspendantur. Si vero aliqui injuste conquesti fuerint puniantur juxta exigentiam suæ murmurationis.

Ut etiam sopiantur innumere quæstiones de *farvellis* et de detrimento seu deterioratione vestimentorum quæ quilibet Religiosus extra suæ professionis domum ad aliam missus secum defert arbitramur hoc unicum remedium esse convenientissimum et justissimum videlicet ut servando *Statutum* de *farvellis* non portandis de cetero quoties aliquis monachus ad aliquam domum mittetur infra numerum sibi assignatum pretium vestimentorum quæ secum delatus est destinetur secundum conscientiam peritorum et solvatur a domo ad quam mittetur domui a qua eadem vestimenta accepit. Similiter si idem Religiosus postea ab hac domo ad quam mittetur, sic quælibet domus ex integro providebit de victu et restitit monachis omnibus ad eam missis infra numerum sibi assignatum et nulla remanebit quæstio de *farvellis*. Sic etiam providebitur indemnitati domorum conventualium a quibus multi professi emittuntur ad subsidium parvarum domorum, quæ nimis gravarentur amissione

vestimentorum ab his qui emittuntur delatorum, nisi eorum pretium illis restitueretur: Verumtamen si quis aliud remedium commodius pro sedandis praedictis questionibus de Jurdellis et detrimento vestium noverit, significet illud R. Patri ante sequens Capitulum ut maturius super hac re provideatur.

Instabilitati et discursibus variis personarum Ordinis cum detrimento salutis eorum et Ordinis dedecore, seculariumque scandalo hactenus factis providere et remedium adhibere cupientes statuimus et ordinamus ut de cetero nulla persona Ordinis ab ea domo, in qua per obedientiam Ordinis residet emittatur nisi pro alterius domus necessario subsidio; in quo casu concedimus Visitatoribus principalibus provinciarum dare ad hoc licentiam, aut pro alia necessaria et justa causa de qua Prior cum discretioribus domus in qua emittendus moratur, et alter ex Visitatoribus provinciae fidem facient Capitulo generali aut R. Patri Cartusiae. Verumtamen Visitatores in actu Visitationis utentur potestate sibi data per Statuta, et similiter in casibus in quibus non potest commode expectari responsum R. Patris.

Mandamus omnibus et singulis Prioribus et Rectoribus domorum Ordinis ut anno sequenti simul cum statu suarum domorum mittant descripta nomina et cognomina omnium monachorum, Conversorum et Donatorum, et Novitiorum in eis habitantium exprimendo aetas sunt aetatis, quot annos in Ordine egerint, cuius domus sint professi, et si quod Ordinis officium exercent, sequentibus vero annis mittendo statum suarum domorum exprimant dumtaxat personas Ordinis quae ab anno proxime praeterito exierint a suis domibus vel ad eas accesserint.

Compatientes cineribus domus Majoris Cartusiae communis

nostre omnium matris et miserandam illius egestatem sublevare cupientes hortamur in Domino omnes Ordinis nostri domos ut se ad aliquod pecunie subsidium pro attollendis et resarciendis dicta communis omnium domus incendio collapsa ruinis conferendum faciles et liberales adhibere velint, et proinde omnes dictarum domorum Priores obrise in visceribus D. N. Jesu Christi rogamus, ut quam quisque elemosinam pro modo facultatis sue domus pieque caritatis affectu erogandam et largiendam ad premissos usus de consensu suorum conventualium judicaverit eam quam primum poterit ad Visitatores provinciarum transmittat, quos rogamus ut sedulam curam et studium efficac adhibentes ad tam pium et necessarium opus promovendum, pecuniasque a dictis suarum provinciarum Prioribus exactas et collectas ad Cartusiam transmittere studeant.

Ordinatio pro ebriorialibus

Sicut propter Ordinis nostri majorem austeritatem et perfectionem prudenter sancitum est ne in domibus monachorum Novitii ad habitum ejusdem Ordinis recipiantur nisi vigesimum annum attigerint aut saltem octavarum decimum cum aliis qualitatibus defectum etatis suppleantibus. Sic declaramus intentionem Ordinis semper fuisse ut in domibus etiam ebriorialium nulla Novitia ad habitum admittatur nisi saltem attigerit sextum decimum annum, ut sic finito anno probationis possit professionem facere, quam ex sacri Concilii Tridentini decreto nulla ebriorialis potest facere ante sextum decimum annum suae etatis completum. Aliter igitur recepta, et ante quintum decimum annum expletum inuenta habeatur tanquam non recepta, sed contra voluntatem et intentionem Ordinis intrusa, nec super hoc possit

etiam R. Pater Cartusie dispensare. Et quia Statuta nostra conformiter ad constitutionem Bonifacii VIII Papae per Sacrum Concilium Tridentinum innovatam et bullis Pii V et Gregorii XIII Summorum Pontificum confirmatam nulla Monialis in domibus non mendicantium recipi debet ultra quam suppetant facultates illius domus, in qua recipitur pro illius et ceterarum sustentatione sive penuria. Et si aliqua aliter fuerit recepta, talis receptio nulla et penitus invalida per eandem Constitutionem Bonifacii declaratur, et per Statuta nostra cassatur et irritatur. Atque Vicarii et Prioris, qui tali receptioni consensum, auxilium vel favorem praebuerint, a suis obedientiis absolvuntur. Ideo inherentes dictae Constitutioni et Statutis nostris districte prohibemus ne in dictis domibus ulla recipiatur donec quae jam receptae sunt ad eum numerum redigantur qui possit integre sustentari et restori ex annuis redditibus monasterii. Quem numerum jubemus Visitatoribus earum singulis domibus (considerata diligenter earum facultate) praescribere quamprimum poterunt, et saltem ante Capitulum sequens R. Patri Cartusie significare et mittere.

Fr. Petrus Serval, scriba Capituli generalis.

Non possum omittere Epitaphium D. Lævini Correntii episcopi Antuerpiensis ob lyrici carminis elegantiam, et merita in rempublicam celeberris

Lævinus Correntius patria Gandavensis litteris et legationibus domi forisque spectatus ex archidiacono et Leodiensis Principis vicario generali II Antuerpiensium episcopus III Mechliniensis archiepiscopus designatus Coll. Societatis Jene apud Lovanienses fundator. Ad rerum status Belgii concilium adscitus, dum praecipitastem rempublicam factus viribus omnino infracto consiliis

sustentat. Brusella decessit VI Kal. Maias CIOIXCV. Visit
ann. LXX, Mens. I, Dies XVIII.

8^a librantia Prima die mensis Junii hujus anni 1595 expedita fuit al-
885 florenorum. tera librantia super D. Jeronymum Pagadore[m] generalis,
ubi includebantur 66 persone, que obtulerunt 1000 florenos,
et ad subscribendam et expediendam istam librantiam fuit
necessarium ire Cambraecum ad D. Comitem de Fontibus cum
duabus equitaturis et famulis, et expectando expeditionem
quasi per duos menses expensum 100 florenos, et solvi eidem
ministro Pagadoris, qui postea numeravit Antuerpiæ præ-
dictam summam 15 florenos, quibus cum centum supra-
dictis defalcatis remanserunt pro fabrica 885 floreni.

Castilleum Cum regius miles Guodivim in agro Luxemburgensi aliaque
occupat Fon- duo vicina loca nuper a Gallis et Belgis confederatis capta
tanus. recuperasset de bello in Picardiam transferendo cogitatum est.
10 Junii Comes Fontanus in castra venit, leges militares præscri-
bit atque eodem die Castilleum quod Cameraco distat qua-
tuor Gallicis miliaribus obsedit atque 25 ejusdem mensis
Junii deditio[n]e obtinet.

Deinde Dor- Deinde Dorlanum Picardicæ civitatem adortive ultimaque
lanus capie- Julii cum frustra Bironius succurrere obsessis conatus
gnat. muris terebratis eam militum insolentia permisit, quod
ad colloquium venire cunctarentur. qui illi præcerant.

Mauritiani Interea Mauritius in Frisia Grollam obsidere aggressus,
ceduntur. rerum Christophorus Morodragonius veteranorum aditus
7 millibus advolat hostemque persequitur, qui urbe ob-
sisione soluta dum incautus explorat vires Morodragonii
in valle arcta ceditur, et Philippus Mauriti frater equitum
magister Noriomagensis gubernator lethaliter sauciis captus

est et Borcam ductus ibi paulo post animam exhalavit, item Comes Salmensis et alii nobiles capti.

Carolus Meansfeldius mortuus. Carolus Princeps et Comes Meansfeldius rebus apud Belgas et Hungaros bello gestis clarissimus quinque Turcarum millibus ad Strigonium 4 Augusti proelio cæsis, 14 ejusdem mensis dys-sentena Comaræ coextinguitur annus natus 82; Sepultus Luseemburg.

Strigonium Chris-tianis reditum. Strigonium autem Mathia Archiduci Austriae Calendis septembris a Turcis deditur.

Cardinalis a Bor-bonio nepos funda-toris Cartusie Gal-lonis obiit. 14 Augusti Ill^{mus} et R^{mus} Princeps Cardinalis a Borbonis factum et benefactor domus Gallionis fundatoris nepos 14 Augusti excessit e vivis.

Rege Navarrae Ricum IV post multas preces in publico Cardinalium consensu abso-lutum pronuntiat magna omnium per urbem lætitia.

Cameraeum urbs apud Belgas archiepiscopalis a Petro Comite

Comiti Fontano Fontano Belgarum gubernatore Ludovici Barlaymontii archiepis-copi nec non ordinum Flannorice et Artesie instantia et supplicatione obsessa 7 Idus Octobris deditur Balignio Gallo qui eam annos 14 tenuerat expulso.

Ordines diocesis Cameraeensis regis Hispaniarum imperio se subiciunt, modo ipsi iisdem legibus, immunitatibus et privilegiis fuerentur quibus sub episcoporum imperio uti prius consueverant.

Comiti autem Fontano ob res prospere gestas decretus est ab Artesie ordinibus pretiosus aureo capsulo gladius cum hac inscriptione chronographica:

ARX CAMERACENSIS FVENTEIO SVBSTITA GAVDET

OCTOBRI nona LVCE EXCEDENTE TIRAMO.

Per hos dies Flannangierus gubernator Bredanus alio stratagemate quam Hoyum Lyquam oppidulum natura

munitionissimum occupare parat, ductis eo copiis, quæ inter
4 et 5 horas mane portæ Meckliniensi ejusdem oppidi instant,
nemineque defendente fossas tranavit, muros ascendunt, intrant,
paucos occubantes occidunt, portas aperiunt, copias equestres pedes-

*Alphonse de
Luna.

tesque inducunt. Gubernator oppidi re cognita milites civesque
armat, forum occupat, hostem quinies repellit, sed nimia tam-
dem aggressorum multitudine superatus cedit ordine composito,
portamque Hisperensem occupat ac defendit, Meckliniensibus
deinde ac Antuerpiensibus vicinis rei seriem significat. Hol-
landi hoste contempto ad prædas divertunt, in templa domosque
convolant, omnia vastant et diripiunt. Interea Antuerpienses
et Meckliniensis cives pariter ac præsidarii in vicinorum auxi-
lium adsunt, et a Gubernatore per portam servatam in-
troducuntur, ibi mox trucidantur Hollandi, alii per muros
in fossas se precipitant, pauci via forte Leo evadunt, alii An-
tuerpiam Meckliniamque captivi duuntur. Harangierus
princeps factionis simul cum proditore Hoyoensi Gonesis ibi
perit. Fuit ea insignis federatorum clades, insignis civium
Meckliniensium Antuerpiensiumque pro fide et patria de-
fendenda ardor. Tempem hunc Hollandorum actum quidam
hoc chronographici notavit:

Vt tVipe est CItharaM tardVs SI pVlset ase LILVs

SIC te Hoblande LIra LVdere tVipe JVIit.

Quidam volunt
Herengarium
fuisse.

Hoc notatu dignum quemdam Joannem Molitorum, cujus
pater Aegidius Molitor erat proditor P. Antonium a fine
Priorem Cartusianorum et Melchiorum Cortbondanum
Consulem oppidanum vinetos hos duos voluisse secum abducere
(ne vacuus abiret) atque religatis ad ferocissimum equum
duobus his captivis contendisse ad portam civitatis, quæ clausa

erat excepta fornicula per quam adhuc exitus patebat. Sed ut eam subiret necesse habuit ex equo deilire, cataphractes ipse cataphracta manu ducens equum primus ostiolum ingressus est, Consul occa-
 Puisse Cantu- sioni fugae semper invigilans, videns hominem antegressum pul-
 tianorum cum
 consule mira cherrimo stratagemate clausit post eum forniculam illi vires et inge-
 tiliter liberatum
 nium conferente deo, tantum adhuc in eius pectore vixit astutia
 civilis et reverentia Prioris, quae ut saluum reduceret ansie labo-
 rabat, nihilque prius habuerat, quam ut fortunis eius unius et
 capiti consuleretur. Salvatus est igitur uterque in illa die. tumque
 gratiarum actiones actae sunt in commune Deo, qui salvos fa-
 cit sperantes in se.

Optime autem in ipsos Hollandos qui ex correptis spoliis far-
 ciebant sarcinas suas sed nesciebant sese mittere in sacculum
 persusum merces, et sproto hoste indulgebant mensis et acrioribus
 vinis illud Proverbiorum: Vacantes potibus et dantes symbola con-
 sumuntur.

Non possum negligere memoriam clarissimi Verdugi
 bene de Belgio meriti, cuius legioni pater meus fuit vicarius
 in obsidione Trajectensi ac in novissima expeditione ad
 Francos expellendos e territorio Luxemburgensi quae operam
 navaverat prout Historia Luxemburgensis testatur, qui Verdu-
 guo hoc tempore Luxemburgi degens e vivis excessit atque
 sepultus in monasterio S. Spiritus cui praerat Francisca
 de Wal amita mea, et nunc etiam soror mea eiusdem nomi-
 nis vicarias vires agit.

D. O. M. S.

Dein Manibus

Colonellus Ver- Ill^{mi} et invicta virtute memorabilis D. Francisci Verdugo
 dugo Luxembur- propriis meritis gradatim omnibus militica honoribus
 gi moriturus inaugurati, Harlemensibus apud Bataros Praefecti regiae
 ibique sepul- tus

maritimæ classis, post captum Bossuti Comitem Archithalassi, totius exercitus catholici Castrosum Magistri. Et Farnesio Parmae Principe Gallis supplicatum eunte cum vicario imperio generalis Præpositi, provinciarum denique Frisiæ Transsylvaniæ, dominationum Drenti, Buenti, et dingen supremi Gubernatoris volente sic et favente Philippo II Hispaniarum rege, cui cum XLIV continuos annos, multis contra perduelles victoriis clarus meruisset ac Romanos vi gallica pressos gloriosis et perquam arduis eventibus liberasset, tandem palmaris miles post tot exantlatos labores deinceps Regi regum celo militaturus, indeque donandus, et immortalis laurea in hac augusta animam corporis sui LXIV annis sociam consignavit anno MDCLXXXV, XX. Septembris.

Huic amabo, Victor, bene precare

Conti viri esurias sibi natalitio jure debitas poposcit Hiberia, Romanus vero suas esse, neque urbis patriæque suæ tutelarem quondam Umbonem cuiquam cedere posse neque debere asseruerunt.

Reperit his, dum contentionis arbiter Ill^{mus} Dominus Guilielmus Verdugo Comes S. Rom. Imp. Baro Maschavici et Courpaw, Coparcha in Neprovitz S. Cas. Regiæque Catholicae Majest. a supremis belli consiliis, resp. Camerarius ac equest. sedestisque legion. supremus Præfectus in Belgio, Italia, Bohemia, Hungaria, Germania castrosum Magister, et gravissimarum victoriarum hujus sæculi magnam partem adeptus, rebusque bellicis etiamnum intentus in nomine suarum Majestatum in Palatinatu inferiori generalis gubernator primo otio Romanus postulatum

et jam possessum pignus addidit. Castigae parentis memoria debitum masti filii pietas hoc marmore persolvit anno MDCXXVIII.

Fridericus Boroniceus Cardinalis, archiepiscopus Mediolanensis consecratus a Clemente VIII in ecclesia S. Mariae in Thermis Sioeletianis apud Cardusianos 1595.

Rex Francia mense Novembri Ferram obsidere cepit.

9^a librancia
945 florenorum. Ultima Novembris expedita fuit nona librancia super S. Jeronymum Pagadorem generalem, ubi includebantur 75 persone, quae obtulerunt 1000 florenos, quam summam recepi, inquit S. de Leon diversis vicibus Antuerpiae, et exposui in recuperatione 28 florenos. Et est notandum, quod in ista librancia annotantur 32 scuta eundem vesilifero Hieronymo Bonar, ex quibus viginti pertinent tantum ad fabricam, nam duodecim acceperat mutuo a quodam amico nostro, et illi restitui id est 30 florenos quibus defalcatis cum 25 in expeditionibus remanserunt pro fabrica 945 floreni.

Hoc anno receptus fuit Lovanii apud nostros S. Meechire Caroli Lewardiensis filius Consilarii Meechliniensis qui etiam patebat locum cum filio in Cartusia Lovaniensi, sed quia jam affecta erat aetate tulit repulsam, quare Meechliniae apud Mbinoritas benigne et honorifice receptus fuit qui cum supplicatione ~~some~~ in propriis aedibus iuxta palatium archiepiscopi eum requisierunt, verum ipso anno probationis vita defunctus est.

Obitus S. Joannis
de Montmorency Do-
minus de Hellemes.
S. Joannes a Montmorency Dominus de Hellemes quondam gubernator Steenbergensis et Capitaneus in obsidione Antuerpiensi sub Duce Parmensi devotione tactus cingulum et balteum deposuit atque in Cartusiam Valencenarum se recepit anno 1592. Ibi anno sequenti edificavit cellam littera B notatam atque dotavit, habitumque sumpsit nisi belli laboribus fractus et podagra vexatus impar fuisset.

Ordinis oneribus, quare R. Patri et ipsi consultum magis fuit ut ibidem
 viveret sacerdos et præbendarius quam habitum monachalem assumeret,
 cellamque inhabitavit duos circiter annos. sed cum ejus nepotes de
 Abontmorency ex quibus duo facti sunt Jesuitæ, tertius Principis
 de Rubecque titulo est sublimatus ad studia se conferrent, cum
 eis pariter profectus est æris mutandi causa, ibi vivendi finem
 fecit 12 Octobris anno 1595 velut persona Ordinis, nam peccata
 sua confessus est Priori Cartusianorum D. Guilielmo Peyren,
 sepultus in habitu nostro præta lectorium Evangelii in choro Car-
 tusie Loranensis cui legavit semel 400 florenos, Nullum huc
 usque habuit monumentum, sed quod ei posuerunt Cartu-
 siani Valencennenses in cella quam edificavit ædificio. Nobi-
 lissimo ac pietate præstantissimo D. D. Joanni a Abontmorency
 sacerdoti, supus domus præbendario et benefactori Carmen
 hoc fratres ejusdem domus Epitaphii et memorie ergo posuerunt.

Stirpe Lucum genitus, proavum quoque nomine clarus
 Regis ad imperium, Martia castra sequor.
 Hostiles inter gladios securus et hastas
 Prælia pro sacra religione gero
 Ast ubi marcescunt languenti in corpore vires
 Sera fit ad belli fortia facta manus. (sequuntur 12 distichi)

Jam quater Octobri terminos confecerat axes
 Stelligeri Phæbus luce nitente poli
 Imminet ecce meis mors faucibus atra sagittis
 Confodiens podagra languida membra suis
 Quid generis splendor, quid op. VM, quid florida secl. I
 gloria? quid belli clara trophæa IVvant
 Mareida jam tenues vanescunt cuncta per auras
 Inelucta sed virtus præmia digna ferit.

Albertus Cardinalis
in Belgium venit.

Albertus Cardinalis Austriacus princeps domi militiaeque clarus sub finem Januarii anni 1596 Luxemburgum venit toto exercitu quem adducebat se moderatis itineribus subsequente, magnaque nobilitatis Belgicae, cui Ernestus Elector Coloniensis et Fortunus Comes se junxerant applausu excipitur, Philippo Aurangiae Principe illum ab Hispaniis in has ditiones comitante. Undecima demum Februarii Bruxellas sedem Principum ingreditur, regioque cultu ac frequenti panegyri salutatur:

Vndenos febrVo DVM sol. ConCLVderet ortV

BrVXellae AlbertV's regta telta tenet.

Hora antequam Luxemburgum Cardinalis appulisset Dux Pastranus cum diu afflicta fuisset valetudine, quem et in lectica facentem ad praedictam urbem deduci vidisse me recordor, placida morte quiescit, filio Bruxellis relicto decennali.

Christophori
Mondragonii
obitus.

Mortuus praeterea fuerat 4 Januarii Christophorus Mondragonius arcis Antuerpiensis praefectus, multis tropaeis clarus, utpote qui ab Albani Ducis adventu expeditionibus omnibus majoris momenti interfuerat, ac regi praedclaram operam cum insigni gloria navarat, produxerat aetatem ad annos 89 sine labe nominis (et quod mirum dictu est usque ad illum annum arma tractans) justitiae ac pietatis cultor summus. Conditus est in arcis ejusdem sacello, quod suis opibus etiam magnifice ditavit deditque in sacello nostro anteriori fenestram.

Hos autem suos duces Verdugo et Mondragonium, quibus vicariam navaverat operam pater meus Mathaeus de Wal mense Augusto subsequutus est tum temporis gubernator Arluniensis et Charanciensis consiliarius status Luxemburg.

Memoriae ergo et honoris erga parentem alias de patria bene meritum appono Epitaphicum: Cy gist tres noble et tres honore obessire Mathieu de Wal Sr de Viller le rond, Landrezejewant, Wibrouck, J. Panorey Conseillere

du roy, gouverneur d'Arlon, Capitaine et Prevost de Luxembourg et de Charvancay, chef et capitaine du chasteau de Gand, qui de son jeune âge se trouva à cette grande bataille de la Sepante, et d'autres, ayant eu plusieurs belles charges au service de Sa Majesté, auquel il acheva ses jours le 22 d'Aoust 1596. Priez pour son âme. *Sichum ipisus: Dur à passer.*

In Ordine nostro obiit 19 Januarii S. Arcsangelus professor et antiquior domus Mediolani alias Prior domorum Montis brachii, Casularum, bis Mediolani, ter Mantuae, Genuae, Astensis et Montis S. Petri ac Convisitator provinciae Lombardicae propinquioris, qui ultra 63 annos laudabiliter vixit in Ordine.

D. Stephanus Salazar scriptor celeberrimus nostri Ordinis in Hispania mortuus.

Item 28 Januarii ejusdem anni 1596 vita defunctus est D. Stephanus Salazar professor domorum Porta caeli et Xeritii, olim Prior Xeritii, Porta caeli et Aniago. Vir fuit insigniter doctus, utpote tam hebraica, quam graeca ac latina lingua peritissimus et S. Theologiae Doctor. Qui et anno Domini 1584 in Caput Cartusia sedente Capitulo generali eruditam non minus quam piam ad Patres conscriptos orationem habuit impressam nimirum Lugduni Galliarum apud Theobaldum Anellinum. Qui et genealogiam Jesu Christi Redemptoris nostri secundum Mattheum accuratissime explicavit, cui adjectae sunt morales quaedam synopses in usum concionatorum. Accessit etiam Commentariolus in caput Matthei 2 de Magorum adventu Lugduni apud Carolum Pesnot anno 1584 in forma 8. Scripsit etiam in Pentateuchum Moysis nec non et 20 Commentationes sive ut vocant Discursus idioma hispanico admodum eruditos, quibus impia Novatorum commenta insigniter perstringit licet eos haudquaquam haereticos nuncupet. Qui quidem Granatae apud Hugonem a Mena et Lugduni apud Carolum

C. III Apparatus Pesnotum prodierunt. Quin et Possesinus autor est eum occiden-

talibus quoque Indis conceionatum fuisse.

Circa hunc annum pariter obiit Venerabilis soror Ludovica Veldie olim Priorissa Carmelitissarum Brugis quæ 70 annis exemplariter vivit in Ordine prædicto et anno 1586 Moniales nostras Cartusianas exules perbenigne hospitio excepit, habens ea de causa ebussam de St. Trinitate in provincia Beuthonica.

Paucis diebus post adventum Alberti Cardinalis 18 Februarii Mathias Florius consecratus III Archiepiscopus Mechliniensis in loco residentie sue.

Albertus cum frustra pacem federatis obtulisset, militem convocavit non alio classico quam advecti aeris quod belli nervus, pulsato, quatuor namque anni miliones ex Hispaniis detulisse fama erat, quibus omnes nationes promise inhiantes nomen militie dabant; ita ut brevi ingentes copie in Austriacis castris conspicerentur, cum quibus Caletum, Ardeam, Hulstern multo cum hostium sanguine expugnavit.

Caletum, inquam, maritimum Gallie oppidum, quod Eduardus Anglorum rex undecim mensium spatio (anno 1347) via expugnavit, quod Philippus Bonus Burgundie Brabantie Dux potentissimus cum quadraginta millium exercitu (anno 1436) nec expugnavit, aggressus cum modicis copiis in paucis diebus mense Martio clausit, oppugnavit et cepit. Unde chronicon:

Virtute AVstriaci LVget prostrata Caletes

LaVi SVperIs regI LaVra palMa DVCI.

De ere advecto et in milites distributo fidem faciunt tres sequentes librariae unius mensis spatii expeditæ.

10^a libraria Thaque 24 mensis Martii anni 1596 expedita fuit li-
793 florenorum, brantia 1000 florenorum ubi includebantur 82 personæ

super D. Hieronymum Pagadorem generalem, sed est notandum quod in ista summa sunt inclusa 24 scuta sub nomine Jacobi Bijns, quae non pertinent ad fabricam, sed ad Commissarium qui expedivit librantiam, et etiam sunt inclusa 30 scuta quae pertinebant ad Franciscum Cantoral cognatum meum defunctum. Ac item sunt annotata 24 scuta, quae pertinebant ad Commissarium Petrum de Basaneta, et ideo non sunt de fabrica. Unde defalcatis omnibus istis 78 scutis suis Dominis restitutis quae faciunt 198 florenos, et etiam defalcatis 12 florenis quos exposui in recuperatione eundo Antuerpianam, remanserunt pro fabrica 793 floreni.

11^a librantia
960 florenorum.

Item 28 ejusdem mensis et anni 96 expedita fuit altera librantia 1000 florenorum super eundem Pagadorem generalem, ubi includebantur 38 personae, quae obtulerunt praedictam summam, sed in recuperatione istius librantiae multum laborari, quia minister Pagadoris, qui solvere tenebatur, erat in confinibus Franciae, et fuit necessarium mittere bis nuntium proprium cum litteris commendatitiis, quatenus reportaret ex pecuniis sibi commissis dictos 1000 florenos, et tandem cum magna difficultate recuperari dimidiam partem semel, et iterum alteram partem, unde exposui mittendo bis famulum in Franciam, et eundo Antuerpianam, expectandoque ibidem quasi per quindenam expeditionem 40 florenos, quibus defalcatis remanserunt pro fabrica 960 floreni.

12^a librantia
970 florenorum.

Item 26 die mensis Martii ejusdem anni 96 expedita fuit altera librantia 1000 florenorum ubi includebantur 82 personae, quae obtulerunt praedictam summam, quam recepi hic Bruuellis, sed dedi eundem ministro Pagadoris, qui portaverat ex confinibus Franciae dictas pecunias pro suis expensis et laboribus, quia

ipse collegerat hanc elemosynam 30 florenos, quibus defalcatis remanserunt pro fabrica 970 floreni.

Victor exercitus (capto Caletis) præter ingentem prædã belli jure partem, stipendium ab Alberto in aliquot menses accepit, quod animorum alacritatem mirum in modum auexit.

13 Maii celebratum est Capitulum generale.

Obierunt 37 monachi, 11 conversi, 5 Aboniales, 11 Donati: 64 persone.

D. Christianus Noutz
Prior hujus domus
absoluitur et insti-
tuitur D. Petrus de Leon.

Per hanc chartam domus nostra novum adeptã est Priorem a Prioratu hujus domus quam Hannis reserat, ac ab officio Visitatoris hujus provincie, cui etiam præfuerat viginti et amplius annis absoluitur, et instituitur Prior domus hujus sue professionis. Prior autem Antonius a fine remansit Procurator ibidem.

Frequentes muta-
tiones Priorum hujus domus tempore
Alberti Archiducis.

Animadverto ab hoc anno 1596, qui fuit primus adventus et regiminis Alberti Archiducis usque ad annum 1621 quo obiit domum hanc frequentissime mutasse Priores, et isto parvo annorum plures quam retro lapsa tempore a condito monasterio habuisse et jam resumpsisse stabilitatem pristinam prædicto Principe defuncto, (qui tamen causam non dedit, aut se immiscuit) modernus enim Prior D. Bruno nobis anno 1621 datus perseverat integra auctoritate in officio Prioratus jam annos 10 diutius quam aliquis prædictorum sub Alberto Pio.

Unde miror quid fatale huic domui acciderit, diceret aliquis propter peccata populi plures Principes epus, unde aliqui ausi sunt nostram id est Religiosorum culpam inquietudinem, scio pariter nonnullos quorundam præcipuorum calumniatos fuisse ambitionem, verum præ-

seniores et magis timorati agnoscunt et predicant peculiarem
Ordinis sollicitudinem erga hanc domum in regia urbe sitam
et peculiaris Domini presentia decoratam. Semper enim a Ca-
pitulo generali (cui Spiritus sanctus semper assistere pie cre-
ditur) Priores accepimus et fere optimos, alias domos suis pro-
priis prelati viduante, ut huic provideret et statutum fuisse
aliqui asserere voluerunt nos alia via Priores non habitu-
ros, diverso prorsus modo et privilegio quam Parisienses qui
nisi ex gremio suo Priores vel etiam personas suscipiunt

D. Petrus de Leon promotus ad officium Prioratus, nova,
hac dignitate quasi calcari incitatus hoc anno multum
promovit ecclesie edificationem ex elemosinis Hispano-
rum quibus stipendia solvebantur ex allato thesauro
ex Hispaniis per Albertum, qui et optimis insuper spo-
liis ditabatur ex devotis civitatibus supra memoratis,
insuper creditam sibi domum P. de Leon non modica sup-
pellectile instruit.

Absolvamus cartam, in cuius fine sic habetur: Prioris de domus
Cenonialis Brugis non fit misericordia.

Domus provin-
cia contribuere
habent pro domo
Cenonialis Bru-
gis tanquam
membris suis
provinciae.

Florentiam Priores provincie hujus ut aliquid suis necessitatibus
subtrahant et istis bonis virginibus in extrema penuria constitutis
(sicut omnibus notum est) adjuvare dignentur mercedem a domi-
no Deo qui omnibus dat affluenter percepturi, quia cum domus
ista sit membrum provincie Cenonice justum iudicamus ut
uno membro dolente reliqua compatiantur. Ordinamus igitur et
precipimus ut domus subscripta persolvant taxam pro auxilio
dictarum virginum, prout sequitur dimidietatem statim recepta
carta, et alteram dimidietatem ad festum Omnium Sanctorum
proxime futurum

Prior Capella solvet 24 florenos;

Prior Brugis 18 florenos;
 Prior Lyrae et Hollandiae 36 florenos;
 Prior Gandavi 36 florenos;
 Prior Leodii 50 florenos;
 Prior Sistensis 40 florenos;
 Rector Trajecti 24 florenos;
 Prior Bruxellae 36 florenos;
 Prior Lophiae 30 florenos.

Domus Loraniensis et domus Lyrae S. Martini cum domo Anglorum
 sunt exceptae. Receptorem hujus tassa constituimus Priorem domus
 Leodii (D. Flavensium) visitatorem provinciae Fenthoricae.

Dicitur Moniales Insuper penultima ordinatione universali Ordini recommendan-
 regularem observan- tur his verbis: Cum moniales domus Brugensis receperint et servent
 tiam recipisse et ser- vare testantur et
 vore testantur et
 interim penuria realiter regularem observantiam sub spe quod iuxta promissum eis
 premi, pro quibus factum per cartam Capituli anni 1590 esset a nostro Ordine suffi-
 elemosynae ab Ordine petuntur. cienter sustentenda et nunc tanta penuria premantur ut nisi
 eis prompte succurratur dictam observantiam diutius servare
 non valeant plurimum hortamur et obsecramus in Domino
 singulos Visitatores ut aliquam a domibus suarum provincia-
 rum ditioribus elemosynam requirant et recipiant eamque
 ad R. Patrem Cartusiae dirigant, qui fideliter dictis monialibus
 illam subministrabit.

Monita et Ordinationes

Praetertorium Quia necdum plane satisfactum est ordinationi anno praeterito
 annorum ordina- factae (quae incipit Ut quae de cetero fiant per Capitulum ordina-
 tiones ad turtinam tiones). Ideo eandem rursus repetentes monemus ut si qui
 voverint quasdam animadversiones super praeteritis ordina-
 tionibus Capituli mittere.... Sic mature ante Capitulum mittant
 ad R. Patrem Cartusiae ut eas diligentius considerare et Capitulo

sequenti breviter proponere valeat, quatenus super his deliberare possit.

Declarationem quae incipit *Insuper declaramus, confirmamus.*

Parvas domos
quae intelligen-
de sint.

Confirmamus etiam appendicem adjunctam anno praeterito ordinationi de Noritio in parvis domibus non recipiendis, declarantes per parvas domos intelligendas in quibus pauciores quam octo monachi actu resident, qui divinum officium conventualiter non persolvunt.

Ordinationem de fugitivis post 4 fugam cum sua moderatione confirmamus addentes sufficere testimonium Prioris et Vicarii et alterius Visitatorum provinciae ad educendum aliquem ex carcere per Capitulum aut R. Patrem.

Calamitosum
tempus hoc.

Ordinationem de certo numero monachorum singulis domibus assignando suspendimus postea quod hoc calamitoso tempore in commode fieri non possit.

Ordinationem vero de Jurdellis quae incipit *Ut sopiantur immuni*, confirmamus declarantes eam intelligi de omnibus monachis non inutilibus qui mittuntur ad aliquam domum in eius subsidium vel pro divinis officio celebrando vel pro aliquo officio Ordinis administrando. Et cetera confirmationes.

Præcipuum munus Prioris, (R. Pont. Stat. c. 3, n. 1.) præbere subditis vivum exemplum in divinis officio et ceteris Religiosis nostrae exercitiis declaramus juxta mentem Summi Pontificis de quo admoniti fuerunt per litteras nostras VIII Septembris nobis per litteras speciales significatam de eis qui non solent vel non possunt vivere juxta regularem observantiam praesertim in victu et vestitu communi et uniformi, ac in conveniendo in choro cum aliis ad agenda divina officia non posse eligi vel promoveri in Superiores monasteriorum. Et si qui tales jam sunt promoti, debere absolvi, nisi suis subditis exemplum in praedictorum observantia dare velint et possint. Et volumus et præcipi.

mus ut omnes Ordinis nostri Superiores nisi legitime et actualiter fuerint impediti conveniant cum aliis in choro pro divinis officiis.

Uniformitas in victu et vestitu, etc., in Ordine servanda.

(2. Part. Stat. c. 12, n. 1.)

Insuper cum omnes Cartusiani eandem professionem eademque vota emittant, ordinamus juxta Summi Pontificis rescriptum et ab omnibus uniformitas servetur tam in vestitu quam in utensilibus cellæ, ac propterea mandamus Visitatoribus provinciarum ut infra semestre constituent ac declarent quæ sit in prædictis uniformitas et quantitas ac qualitas servanda, eandem R. Patri mittant tam tempestive ut ante Capitulum sequens eam considerare et examinare possit per idem Capitulum approbandam vel reformandam.

Estat Bulla Clementis de munerum largitione.

Eæ ejusdem Summi Pontificis mandato ordinamus ut inviolabiliter ab omnibus personis nostri Ordinis servetur ejus constitutio facta circa munerum largitionem, et modum ac formam servandi hospitalitatem, ita ut cum caritate frugalitas religiosa relucant.

Officiales vocem habent in tractatibus.

Cum quilibet habitatus ad officia censeatur etiam quoque consequenter habitatus ad vocem, ad tollendam invidiam quorundam disceptationes declaramus omnes officiales legitime institutos in qualibet domo vocem habere in tractatibus quamvis non sint ipsius domus professi.

Contributio pro reparatione Cartusie Majoris exigitur.

Et si Cartusia mater hoc anno pro sui restoratione aliquas pecunias a domibus Ordinis receperit, quia tamen exceptis tribus Italicæ provinciis reliquæ aut nihil aut certe modicum eidem Cartusie contulerunt, et receptæ pecunie non sufficiunt ad solvenda debita quæ pro reparationibus jam factis ipsa mater Cartusia contraxit, et tamen plurima adhuc restant reparanda, quæ sine aliarum domorum contributione

Quanta sit non possunt refici. Ideo cum non sola pietas sed etiam justitiae obligatio domorum Ordinis equitas exigit ut filiae matri egenti subveniant et ceterae domus erga Cartusiam. Ordinis contribuant in reparatione Cartusiae Majoris, quae ceterarum domorum est mater, caput et origo, in qua etiam singulis annis generale Capitulum tenetur, et ad quam supra annum ab omnibus domibus recursum pro negotiis habetur. Quod Summus Pontifex se approbare et gratum habere significavit. Ordinamus ut Visitatores singularum provinciarum taxas pro reparatione ejusdem Cartusiae per nos ante nostrum discessum a Cartusia singulis provinciis assignandas per domos earumdem suarum provinciarum dividant sicut solet taxa Capituli generalis dividi et ab eis illas repetant atque receptas statim ad Cartusiam mittant. Peniores vero vel officiales qui taxam domui suae assignatam solvere Visitatori recusaverint aut ultra tres menses post ordinationis notitiam habitam mittere distulerint ipso facto ... ab officiis et domorum exercitio suspendantur.

Casa provin- Casa hujus provinciae per Diffinitores Capituli assignata
ciae in quin- pro reparatione Cartusiae est 46 scutorum singulis annis
quennium et amplius. solvendorum usque quinquennium inclusive

Jr. Petrus Serrval, scriba.

Albertus Ardeam oppidum Francia situ, opere militanisque praesidio munitissimum ad deditionem compulit. Unde Chronicon:

AVsp/CI/s DVCI/s AVstr/a/CI doMIta Ardea HApplEx

Tradidit hesperto Coliba terenda pVgo.

Ramus y Joannes Ramus in Christo Pater ac Illustris D.D. Joannes Lesdæus episcopus Rosensis (alii scribunt Roffensem et puto male) vitae periodum absolvit Bruellis pridie Calendas Junii. Qui et in charta sequentis Capituli recommendatus invenitur, qua vero de causa pos-

Ramus y Joannes
Lesdæus episco-
pus Rosensis
Bruellis mo-
ritur.

sumus ex vita ipsius quam describit frater Baldvinus Junius in Chronico mor. colligere. Nazione scotus erat ex nobili et antiqua Comitum et Baronum Lesleorum familia ortus. Juniore Academias Francie Parisiensem, Pictariensem frequentavit. Inde in Scotiam revocatus per Ebariam Lotharingam reginam viduam scotiae ad dignitates promotus fuit; sed ipsa defuncta, et item filia eius Ebaria regina carceri contra jus gentium ab Anglice regina tradita, ipse quoque Londini in carcere detentus fuit donec intercessionem regis Francie inde eductus et Romae aliquandiu moratus, et deinde in Franciam reversus anno 1579 dum iustitia expectat occasionem in patriam revertendi Rothomagensis ecclesiae et archiepiscopatus suffraganeus et Vicarius generalis per-

Fuit suffraganeus Ill^m quendam Principem inclytæ memorie Carolum Borbo-
 Ill^m Cardinalis Ca-
 roli Borbonii fun-
 datoris Cartusie
 Gallionis. ^{Ill^m mium} quendam Principem inclytæ memorie Carolum Borbo-
 num cardinalem et archiepiscopum Rothomagensem (funda-
 torem Cartusie Gallionis) postea regem christianissimum desi-
 gnatum, electus et constitutus (1580) curam et administrationem
 et regimen cleri et populi regens non solum Pontificalia mu-
 nia exercendo, verum etiam totam diocesim singulis annis
 perlustrando, monasteria quoque Religiosos et Moniales et
 totum clerum visitando, corrigendo, et in officio continendo
 14 continuis annis summa cum diligentia, iudicio et discre-
 tione consumpsit, etiam post obitum dicti Cardinalis (1590)
 quo in officio subeundo per hereticos interceptus tria millia
 aureorum pro sua redemptione persolvere coactus est, ne
 in potestatem Elizabethæ Anglæ traderetur. Quo quidem tempore
 civitate Rothomagensi hostibus cincta, et obsessa, dem Rosensis
 consilio, experientia et facultatibus gubernatori, civibus et mi-
 litum ducibus astitit, et illos pro posse fuit (1591). Clerum
 interea ad sacrificia quotidie pie et devote offerenda, et populum

ad preces tam publicas quam privadas, nocte dieque seepissime suo etiam exemplo et presentia instantissime hortabatur, et incitabat pro conservatione religionis catholice et pro liberatione civitatis obsessæ, qua soluta pro meritis episcopus Constantiensis (cujus erat tunc Generalis noster Michel) constituitur in eadem Normannie provincia, sed eo non pervenit. Providens tandem seditiones in civitatibus Parisiensi et Rothomagensi, aliisque plerumque oppidis munitis excitari, et cum gubernatoribus tractari, pro illis dedendis in manus Navarrei licet excommunicati declarati et relapsi necdum autoritate Sedis Apostolica a censuris absoluti, primum secretis colloquiis deinde publice cum gubernatore civitatis Rothomagensis Domino de Villars et eius consiliariis instanter egit ut illorum animos ab hac deditione averteret. Cumque non proficeret omnibus palam denunciavit se nolle neque posse diutius apud illos tuta conscientia residere, et minus solitum exercere. Itaque omnibus facultatibus, officiis et beneficiis et suppellectili relictis mense Martio in Belgium ad Archiducem Ernestum profectus est.

Vindicta in eos Dominus autem Villarius qui Rothomagum anno 1592 magna qui receperunt Regem Navarrei cum laude Confederatis servavit, quod tamen ut diximus postea reatum excommunicatum. ea pro innata Gallorum levitate Navarres providit præterito anno 1594 dum Dorlantianis opem ferre conatur 23 Julii captivus, et mox ab Hispanis supervenientibus confoditur, cecidit et Senchevalius Villarianæ perfidie levitatisque socius, ut pote qui a duobus annis deserto Duce Annalis Ambianis autor fuerat, ut Navarream in urbem reciperent. Hæc postrema ex Gallo-Belgicis quia quamvis Navarrens ad fidem catholicam inclinaretur tamen servanda erat adhuc autoritas apostolica, Deus qui in sui dispositione non fallitur omnia adduxit in bonum finem, et reddidit illis secundum

fructum adinventionum suarum.

- 13^a libraria Item 15 Junii ejusdem anni 96 expedita fuit altera libraria 1000 flo-
 845 florenorum. renorum, ubi includebantur 54 persone; sed est notandum, quod Christo-
 phorus Ras officialis Computatoris, qui expeditit istam librariam
 assignavit in ea 50 scuta pro quodam sororis suo defuncto, que
 non pertinebant ad fabricam, et ideo restitui illi, quando recuperari
 prædictam summam, etiam inde solvi Ludovico de Urbada altero
 officiali Computatoris 30 florenos, quos quidam ea assignatis in
 prædicta libraria illi debebat, et ea conditione ibidem assignaverat,
 ut illi restituerem, unde defalcatis prædictis 50 scutis, que faciunt
 128 florenos, et his 30 florenis, remanserunt pro fabrica 848 floreni.
- 14^a libraria Item eodem die et anno expedita fuit altera libraria 1000 flo-
 938 florenorum. renorum ubi includebantur 51 persone, que obtulerunt prædic-
 tam summam, sed est notandum quod idem Christophorus Ras,
 qui expeditabat librarias nostras inclusit in prædicta libraria
 16 scuta pro quodam amico suo, que non pertinebant ad fabricam,
 et etiam sunt ibidem inclusa 10 scuta que pertinebant ad Stepha-
 num de Salcedo officialem Domini Pagadoris, que simul compu-
 tata faciunt 68 florenos, quibus defalcatis remanent pro fabrica
 935 floreni.

Cum istis duabus librariis fuit necessarium ire Caletum
 ad Ser^{mum} Cardinalem ut subscriberentur a sua Celsitudine
 et adduxi mecum Procuratorem conventus Patrum Anglorum,
 multumque ibidem et in itinere exposui ut alibi sic refert.

Deceveramus curam illud iter agere, propterea emi alterum
 equum, qui constitit 120 florenis, iste equus infirmabatur prope
 Andres, et ideo vendidi illum, et pro illo emi mulum album, qui
 assignatus est inter expensas fabricæ, pro reparatione curvus ex-
 posui 5 florenos. Curve accepi Maximilianum famulum nos-

tum pro aruiga, et quia non fuit consultum ducere currum
irimus equestres; emeram tamen præparamenta et collaria
pro equis ad trahendum currum pro quibus exposui 20 florenos
cum dimidio.

Quanto honore exposui eundo et redeundo in itinere Caletano ultra 150 flo.
D. Petrus de Leon exceptus a Prioribus, quia erat meum Procurator Petrum Anglorum, et unius
tribus Gallo-Pel- gicis. famulus equester, et duo pedestres, committabanturque me
de domo in domum, Priores et Procuratores domorum Angie,
Cornacensis, Gosnay, et Vicarius eboracensis atque Prior S. Au-
domari ixit meum Calatum cum laico suo, quibus omnibus
in itinere ego debui facere expensas propter honestatem, erantque
tunc liberalior quia liberaliter recipiebam pecunias a minis-
tris regis unde meipsum et personas Ordinis honeste poteram
tractare.

15^a libraria 15 mensis Julii ejusdem anni 1596 expedita fuit altera
872 florenorum libraria 1000 florenorum, ubi includebantur 88 persone, sed
10 stiferorum est notandum quod ibidem assignantur 30 scuta cuidam
Notandum quod sexta decima Commissario Francisco Vasques et 13 scuta Francisco Contoral
(quæ præsens est secundum nostrum Computum) libraria, quæ expe-
ditæ fuit sub titulo fabricæ est postea inter particularia recepta Patris de
Leon; quia ma-
pro pars pertine- bat ad Ludovicum de Olivera et hunc-
des cognati ipsius defuncti (hic sepulti) et ad duos Com-
missarios ibidem assignatos.
Item 15 mensis Julii ejusdem anni 1596 expedita fuit altera
libraria 1000 florenorum, ubi includebantur 88 persone, sed
est notandum quod ibidem assignantur 30 scuta cuidam
Commissario Francisco Vasques et 13 scuta Francisco Contoral
quæ præsens est secundum nostrum Computum) libraria, quæ expe-
ditæ fuit sub titulo fabricæ est postea inter particularia
recepta Patris de Leon; quia manens bis ad oppidum S. Nicolai in Wasia ubi erat ^{Sancti} Carthi-
nalis, remanserunt pro fabrica 872 floreni et 10 stiferi.
Albertus enim ex Francia in Flandriam veniens predicto
mense Ghelstem non oppidum nec insulam modo, sed pro-
pugnaculis variis magnisque id est vera destinatione to-
tidem oppidis inessam invasit, pulsisque Batavis ac
Abbatibus mense Augusto occupavit.

Albertus Nuperat CVstodit BICHIVS HVLstVM

Flandria selVts oCta rebVs agat.

V. P. D. Christianus Noutz nuper a Prioratu hujus domus absolutus
statum domus in scriptis redegit atque reddidit successori suo
V. P. D. Petro de Leon in presentia V. P. Visitatoris et conventualium
omnium dictae domus die 2 Augusti 1596.

Antiquum
hospitium quan-
ti venditum.

Cum antiquo hospicio nostro non indigeremus amplius de consensu
R. Patris vendidimus illud pro 3,500 florenis sub conditione quod
100 floreni ex dicta summa applicari deberent ad ornatum
sacelli B. Mariae de gratia, et 1,600 floreni pro annuo reddito
100 florenorum super dicta domo remaneret qui poterit redimi
denario decimo sexto. Ergo recepimus adhuc in pecuniis duabus
viibus, et centum recepti sunt pro sacello predicto 1800 florenos.

Summa aliena
tionum 6.293 flo-
renorum 7 stufero-
rum.

Summa totalis omnium venditionum alienationum et permu-
tationum ascendit ad summam 6.293 florenorum 7 stuferorum.

Domus haec debuit annum redditum 18 florenorum cuiusdam

Joannes de Mey
alias Ghyss singu-
lari Benefactor
tempore D. Christi-
ani.

honesto viro Joanni de Mey alias Ghyss (pater memoria) qui circa fi-
nem vite suae memor caritatis ipsi a domo et monasterio exhi-
bitae, ad se V. P. Priorem D. Christianum vocavit in lecto mortis
decumbens, et dictum annum redditum 18 florenorum remi-
sit, qui redimibilis erat denario 18. Sic capitalis summa valet
324 florenorum.

Status domus re-
dactus in scriptis
a D. Christiano post hanc praedicta donatione, nam fundus hujus domus constitit
suam absolutiorem.

Acquisitorum summam numero 6,507 florenorum compre-
hensa praedicta donatione, nam fundus hujus domus constitit
5,300 florenis et amplius.

Secundum hanc computationem plura acquisivisset quam
alienasset D. Christianus.

Summa summarum omnium debitorum tam antiquo-
rum quam novorum hoc contractorum tempore exilii quam

post reductionem civitatis ad obedientiam regis Hispaniarum
videlicet ab anno 1588 usque ad annum 1596, 2.590 floreni 3 stuferi.
Summa debitorum que debentur nobis: 6.428 floreni 9 stuferi
Unde si detrahatur summa eorum que domus aliis debet, vide-
licet 2.590 floreni 3 stuferi, manent domui recipienda ultra
ea que debet 3.838 floreni 6 stuferi.

Subsignaverunt

Ita est. fr. Arnoldus Hovens Prior Leodii (et Visitator provincie).

Ita se res habet. D. P. de Leon (recenter institutus Prior hujus domus).

Officiales hujus
domus.

fr. Christianus Noutz nuper Prior hujus domus nunc S. Catharinae in hyra.

fr. Philibertus Cooman, Vicarius hujus domus.

fr. Petrus (Pets), senior domus.

fr. Franciscus (Carenere) sacrista des. (que ultima syllaba designat destinatus).

Ibi fuerunt officiales hujus domus prout synochrographa ipso-
rum testantur ex quibus ipsos descripsi. Non tamen Elenchum
officialium mutari, eo quod nesciam quo anno D. Philibertus
fuerit institutus Vicarius, et post paucas septimanas invenio
eum functum officio Procuratoris.

20 enim Septembris elocatus est hortus cum domo a Peginagio
nuper emptus Joanni Vander Belen Proichois, in cujus
elocationis littera conventuales recensentur:

fr. Petrus de Leon, Prior.

fr. Philibertus Cooman, fr. Joannes Broeyers, Procuratores.

fr. Franciscus de Carenere, Vicarius, fr. Petrus, senior.

fr. Judocus Abs, sacrista, cum fratre Wilhelmo Adriani Bronwisha-
niens (professo abapris Cartusie) representantes integrum Con-
ventum.

Dicitur fr. Guilielmus Adriani erat professor abapris Car-
tusie et fuerat Procurator honorum Cartusie, habitavitque

aliquandiu in domo Lyrana, hoc tempore huc transmigraverat
incoepitque etiam agere Procuratorem, nam vidi manuale eius
sic intitulatum: Recepta Fratris Guilielmi Adriani ex bonis domus
Cartusia nostra Domina de Gratia jam noviter Brusellie
constructa, incepta primo Decembris 1596.

In Septembri edificatum fuit stabulum equorum ex luto
et paleis iuxta plateam ubi nunc est cella notata littera Q,
quod vidi et destruere juvi.

Gardenses Cartusiani antiqua domus suae aedificia captarunt
ad formam oratorii, ac per episcopum curant consecrari; unde
Chronographicum

1596, 30 Junii.

IVn/IVs Libens ter Deno solbe refViget

CartV/sIæ CatV/s nova Consecrat atqta DIV/sI.

Gubernator Artesia
capitur et patria
devastatur.

5 Septembris Marchio Warembonius Artesia praefectus ab Gallis
Bironio duce caesis fuscisque copiis non procul s. Pauli Fano
(quod direptioni hostium statim patuit) signa generose ut mis-
cet captivum atque Lutetiam abducitur.

Incredibile quantum id temporis calamitatum ab Gallis illata-
rum Artesia sustinuit. Saepe, vici, aequi, templa turres, arces evastata
et incensa; pecora abacta, agricultura deserta, ubique caedes, pes-
tis, famas et ilias malorum.

Moniales Ordinis
nostri divinitus
servantur.

Dum sic limitanei Galli hostes infestarent Artesiam, pene-
traverunt Bethunium usque et in suburbanum eius (quod prop-
terea hoc anno ut notat Lovinus firmis operibus contra hostem
munitur) ac inde devolvebantur Gornayum, ac in domum
monialium Ordinis nostri impetus et insidias suas effuderunt,
sed quia assultus parum proderant insidiis rem tentarunt,
appensaque ad portam pila tormentaria conati sunt viam
vi aperire, sed sicut imprecatur eis psalmus, ita contigit eis:

gladius eorum intravit in corda eorum, et tormentum resiliit in autores suos, unde in effusam fugam conversi, confessi sunt, occultam quamdam virtutem pro foribus, fecis et aris pugnare, seque non semel a rasia percussos circumvisse domum, et aditum diu prolesque quæsisisse, sed nequaquam reperire potuisse, ^{sem-}per illis obsistente præside loci virtute. Quin etiam viderunt vigiles aliquot Religiosæ velut sepimentum et antemurale quoddam domui circumfusum quo destinerentur hostes eorum.

Prior domus *Hoc anno D. Guilielmus Beyerer professor et prior domus Lovaniensis ab-*
solvitur. Lovaniensis tactus a proplexia absoluitur, mittiturque Leodium ad recuperandam valetudinem et in locum epus electus fuit a Conventualibus D. Arnoldus Thavens professor domus et Prior Leodiensis nec non Visitator provincie.

Domnus autem Philippus Van Belle professor et Procurator Lovanii ordinatur in Rectorem domus Leodiensis, et sequenti Capitulo confirmatur in Priorem qui diu non permansit in ista dignitate.

Cardinalis Cap- *In Poloniam celebrem missurus legationem Pontifex Capetanum*
tanus protector *Cardinalem (protectorem Ordinis nostri) eo munere dignissi-*
noster celeberrimam *munus decernit, qui centum nobilibus comitatus iter ingres-*
obit legationem *mus est mensurus in opus familie 1500 Ducatorum assignato.*
in Poloniam.

Scipio du Plaise *Henricus IV Francie rex adhuc hæreticus cum Hollandis hæreticis*
in Vita Henrici IV. *societatem inchoaverat et eorum auxilia ter mille peditum*
et quadraginta quinque navium per vice-Comitem de Cu-
renne hæreticæ factionis in Francia ductorem, impetraverat. Hinc
fam catholicus et fidelis hominibus gratus esse maluit quam
Deo, qui eum quasi manu dicens in throno collocaverat. Nam
hoc anno 1596, 31 Octobris, cum ordinibus confederatarum pro-

qui ante dictus est viciarum Duce illo de Bouillon hæreticorum antesignano,
Vice-Comes de Curonne.

mediatore fœdus percussit, quo quater mille pedites et mille equi-
 tes se Ordinibus subsidio missurum pactus est. Hæc est origo fœde-
 rum Francicorum cum hereticis Bataris, quæ cum hæresis in hæ-
 retico cum hereticis auspiciata sit, nihil novum si in religio-
 nis perniciem sub catholico patre et filio continuata vadant.

Acies regionum *caeditur.* Anni 1597 infelicia habuimus initium, nam Comes Mauritijs
 prope Ewinhoutum in Campinia acies regionum fudit cæso etiam
 Comite Verrasio qui eas ducebat, a quibus ducenta vesilla mi-
 litaria sustulit, et duodequadringenta ac milites circiter bis-
 mille interceptit. Filius dicti Comitis Baro de Balencon nunc
 gubernator Bredæ existit.

Ambianum dolo a nostris capitur. Felicio nobis fuit fortuna adversus Francos, nam paulo post,
 11 Martii, Ambianum Picardie metropolis stratagemate militari
 a nostris interceptum quod post gravem 5 mensium obsidionem
 Henricus IV Gallia rex Septembris 27 demum recepit.

Atrebatum a Gal-
 lis frustra tenta-
 tum. Martii 27 Ambiano recens a nostris occupato Galli talionis avidis-
 simi, oppidum Atrebatense veteremque civitatem nocturno tuborum
 seu petartiorum duabus portis applicitorum impetu aperire sata-
 gunt. Aderat ipse Henricus IV rex victoriam spe devorans. Verum
 prestanti 11^{mi} herois Caroli de longueval Busquieu Comitis et
 civium virtute (ut ad Sandomanum contigerat) viribus animo-
 que fracti, in fines suos inglorii pedem referunt.

4 Maii Capitulum generale nostri Ordinis in Cartusia celebratum.
 Obierunt 49 monachi, 29 Conversi, 9 Moniales, 11 Donati; 98 persone.

D. Martinus Moor 2^o professor domus *demuntiat.* Inter quas recensetur D. Martinus Moor monachus professor
 domorum Sylve S. Martini et Bruxelle hospes et quondam Vi-
 carius domus S. Salvatoris prope Erfordiam qui ultra 40 an-
 nos laudabiliter vixit in Ordine.

D. Antonius Menna
in vivis existens
in charta inter
mortuos recen-
setur.

In eadem charta habetur quoque D. Antonius Menna et
Capuccino professor domus Rutilæ cum non esset mortuus
sed 14 annos aut amplius supervixit. Cum autem non habita-
ret in domo Ordinis sed apud quemdam Nobilem Lotharingum
Dominum de Commercy avunculum Comitis de Fontaine
nunc gubernatoris in Daems prope Brugas ex indulgentia
R. Patris, voluit forte videre an agnosceretur ab Ordine.
Sed Ordo non irridetur: post eius enim obitum non fuit in
charta iterato positus cum jam etiam habuisset suum
debitum suffragium. Sunt in eadem potera, qui sibi adhuc
viventibus exequias celebrare faciunt.

Ordinatio Provinciae

D. Philibertus
Cooman profes-
sus hujus domus
et quondam
Prior Leodii
instituitur Prior
Brucis.

Priori domus Brucis (D. Herculii) alibi magis necessario fit
misericordia, et praeficimus in Priorem dictae domus D. Phi-
libertum Cooman professum domus Brussellæ.
Priori domus Lyrae non fit misericordia, et D. Antonius
(a fine) ibidem Procurator vadat ad domum Gandavi, et
ibi exerceat officium Procuratoris. Eius loco D. Joannem Cooman
(praedicti Philiberti Germanum) Procuratorem Lovanii institui-
mus Procuratorem domus Lyrae, eique committimus admi-
nistrationem bonorum domus Hollandiae, de quibus reddet ratio-
nem Visitatori Provinciae, cupis consilio dictorum bonorum
proventus convertantur in solutionem debitorum ejusdem
domus, deducta tamen prius pensione trium professorum
ejusdem domus Hollandiae in domo Lyrae commorantium,
quam idem Visitator tassabit moderatam, si ex annuis pro-
ventibus ejusdem domus Lyrae non possint sustentari, sicut
merito deberent, cum sint ei utiles.

Priori domus Sylva S. Martini (D. Cegidio Van Hout) alibi

necessario fit misericordia, et D. Nicolaus professor domus Gandavi ibidem hospes eat ad domum suae professionis. Duo autem monachi, et duo Donati, qui ibi supersunt eant ad domum Lovanii cujus domus Priori administrationem bonorum dictae domus committimus sicut et omnium domorum destructarum, et habitatorum carentium.

Incorporatio domus Sylvae S. Martini cum domo Lovaniensi non succedit. Intelligit lector D. Arnoldum Havens Priorem domus Lovaniensis et Visitatorem provinciae voluisse per hoc decretum Capituli domus Sylvae S. Martini incorporare domum Lovaniensi verum D. Martinus M. professor Sylvae S. Martini scripsit ad abbatem Geraldum montensem, (praelatum et deputatum a Statibus Flandriae) asserens hanc unionem cum domo Lovaniensi quae est in Brabantia fieri contra privilegia Comitatus Flandriae. Certe in hoc casu non tantum hoc ei licuisse sed optime fecisse crediderim, cum etiam sequenti anno hoc decretum revocatum fuerit et nunc temporis domus reflorescat et habeat competentem numerum personarum divinum officium persolvendum.

Cartusiani Heelensis habitaverunt Distensii. Priori domus Diestensis (D. Joanni Sans qui ab anno 1572 domum praegerat) non fit misericordia, quem hortamur ut det operam habere plures monachos, et donec licebit ad monasterium redire curet ampliore et commodiore locum ad habitandum invenire, in quo divinum officium decentius peragatur, singulisque monachis suum cubiculum distincte attribuat, et cetera secundum formam Ordinis melius accommodentur.

Circa annum 1582 exustum fuit monasterium ab Hollandis haeticis quamvis in territorio Lodiensi situm, quare Cartusiani 20 annos habitaverunt in urbe Distensi.

D. Joannes Barba Prior Gandavi articulare morbum quo frequentissime laborat, fit mise-

ricordia, et præficimus in Priorem dictæ domus D. Agidium propterea a Prioratu domus sylvæ S. Martini absolutum, et Prior absolutus eligat sibi domum ad firmam statuti; et D. Joannes Hannignius ibidem Vicarius revertatur ad domum Leodiensem suæ professionis, et ibi exerceat officium Vicarii, et D. Joannes ----- ibidem Procurator eat ad domum Memorialium Brugis ibidemque exerceat officium Procuratoris.

D. Philippus Van Belle confirmatur Prior domus Leodii super annum a Visitatore institutum præficimus in Priorem (erat is D. Philippus Van Belle, verum eodem anno in festo beate Catharinae ob certas causas revocatur a Visitatoribus, et constituitur in domo Sylvæ S. Martini, et sequenti Capitulo absolutum a Prioratu Leodiensi). Et D. Guilielmus absolutus Prior Lovanii ibidem maneat hospes donec aliter fuerit a Capitulo vel R. Patre ordinatum, et D. Everardus (nuper ibidem Prior) eat ad domum Huramunda ad Ordinis voluntatem.

D. Petrus de Leon Prior domus Brussellæ (D. Petrus de Leon) fit misericordia absolutum a Prioratu domus Brussellæ tunc ad maximam suam instantiam, tunc etiam quia lenis, permansus Procurator generalis in officio Procuratoris Generalis cui illum restitimus, et D. Hercules Prior instituitur, erit utilis ad promovendam ecclesie et monasterii fabricam, quam sicut bene cepit, sic hortamur ut studiosè perficiat facturus rem Deo gratam, et Ordini utilem, præficimus autem in Priorem dictæ domus Brussellæ D. Herculem, propterea a Prioratu domus Monachorum Brugis absolutum. Quem ideo ipsemet D. Petrus de Leon (de quo erant etiam aliqua querela) R. Patri et Capitulo commendarat quia erat domus lupus professus et natione Brussellensis, quemque ob morum gravitatem, doctrinam et probitatem præ ceteris dicto officio dignum judicabat, dignus quidem

sed non ipsi, nec domui idoneus postea repertus est, unde Loranium post biennium translatus ibidem plus profuit, nec scivit D. Petrus de Leon quid peteret, nam sibi nimis gravem et acerbum ac perpetuo adversantem paedagogum proposuit. Sed dei iusta sunt iudicia.

P. Hercules etiam Convisitatoris officio auctus quasi lumen super candelastrum positum fuit.

Locus Buscoduci
inceptus pro Cartu-
sianis.

Privi domus Sophiae non fit misericordia, qui curat emere vicinas aedes, ut sui monachi melius solitudinem servent, et excludatur ab eis prospectus hominum secularium maxime mulierum.

Patientia et long-
ganimitas D. Theod.
Stumpwickii.

Vicario domus Monialium Brugis non fit misericordia. Et D. Theodoricus (Stumpwickii) ibidem Procurator revertatur ad domum Diestensem suae professionis ibidemque exerceat officium Vicarii. Habitaverat 12 annis in praedicta Cartusia sed contemptus, nec ad officium Procuratoris usquam adhibitus, cum tamen esset maxime aconomus et idoneus prout restaurando propriam domum postea patuit. Utebantur autem Moniales opera eiusdem viri secularis. Quod sentiens ille convertit se et convertit ad transferendum statuta in flandricam linguam, et Hymnaria scribenda, quorum duos libros circa annum 1592 conscriptos ipsius dono in choro habemus, et alia quibus nunc utuntur Moniales. Ipsius imo et praedicti P. Herculis exemplo etiam qui maxime idonei sunt ad majora addiscant in silentio praestolari salutem dei.

Ordinationes

Nova Collectio
Statutorum lau-
datur.

Quoniam experientia docente animadvertimus multiplicationem ordinationum earum maxime quae a Capitulo emanarunt post Novam Collectionem Statutorum in quibus omnia magis expressa et moderata sunt, venire potius in contemptum quam aliquid conferre ad veram reformationem, deo omnes

ordinationes post dictam Novam Collectionem factas revocamus, exceptis his, quas ad partem R. Patris singulis provinciis mittet iuxta formam in hoc Capitulo præscriptam et conclusam, hortantes et obsecrantes Patres in sequentibus Capitulis præfatos, ut a multiplicatione ordinationum abstineant, et R. Patri committant, quatenus emergentibus causis quæ aliquid statuendum vel prohibendum suaserint in singulis domibus vel provinciis statuatur vel prohibeatur, quod iudicabit statuendum, transgressoresque curet puniri per Visitatores iuxta qualitatem culpe.

Ordinationem anno superiori factam, quæ incipit Uti Cartusia mater pro subventionem et restaurationem Cartusie confirmamus et hortamur omnes Patres Ordinis ut voluntarios sese exhibeant ad solvendas suas taxas.

Ammonet caritas
magr hoc anno
in Cartusia quam
superioribus.

Statutis Capituli generalis hujus anni 1597 talis est: Capitulum generale deductis redditibus eius nomine a Cartusia hoc anno receptis remanet debens domui Cartusie summam mille novemdecim scutorum et viginti solidorum pro expensis factis in dicto Capitulo, quæ ideo excedunt expensas annorum præcedentium, quia pretium frumenti, vini, avenæ et feni et aliorum necessariorum hoc anno longe superavit pretium annorum præcedentium. Pro quarum expensarum solutione taxam suam iuxta distributionem per auditores Computorum factam, sedente Capitulo, quæ in carta singulis provinciis dirigenda exprimitur; in fine Cartæ: taxam autem hujus provincie secundum peræquationem factam affirmamus ascendere ad summam 24.

Jr. Deodatus du Tilliet

Vicarius Cartusie

Sequuntur ordinationes, quas solas ex his quæ post ulti-

nam Statutorum Collectionem fuerunt per Capitulum generale promulgata usque ad presentem annum 1597 Patres Diffinitores ejusdem anni, visis multorum Patrum scriptis et sententiis judicarunt debere retineri et servari.

Quibus de Causis
multiplicatio fe-
storum in Ordine
moderanda.

Atque imprimis festorum de novo in Ordine nostro institutorum nostri Ordinis persona scripserunt et multis rationibus ostenderunt: tum quia per festorum Capituli (in quibus colloquia habentur) multiplicationem, nostrae vocationis precipuum propositum (quod est cellae solitudini et silentio vacare) notabiliter impeditur, et monachi magis gravantur tum etiam quia per quaelibet festa duodecim lectionum minuantur Agende, et Missae quae pro Defunctis dicuntur nisi ea festa occurrerent. Propterea Diffinitores Capituli hujus anni 97 judicarunt nova festa sic esse moderanda.

1. Solemnitas sanctissimi nominis Jesu servetur quidem, sed (ne festa multiplicentur) celebretur (accidente sedis Apostolicae consensu) Dominica prima post Octavas Epiphaniae nisi tunc propter inchoationem Responsoriorum fuerit in feriam secundam transferenda.

2. Solemnitas S. Jacobi (quae occurrens in Quadragesima continue cum solemnitatibus S. Benedicti et Joseph gravat monachos) reducatur, ut prius ad festum trium lectionum cum Missa propria. Nunc est 12 lectionum ex decreto Gregorii XV.

3. Festa S. Hugonis Gratianopolitani, Dominici, Francisci, Dionysii et Nicolai (quae de novo sunt in festa Capituli erecta et instituta) reducantur ad festa 12 lectionum.

4. Festa vero S. Francisci de Paula, Petri Martyris, Antonii de Padua, Bonaventurae, Nicolai de Tolentino, Januarii et sociorum eius a Sixto V instituta et praecipua ita dimittantur

in nostro Ordine retineantur, si constiterit ad eorum observationem eas etiam ecclesias, quae non utuntur brevuario et officio Romano obligari; super quo consulamus Sedem Apostolicam ante sequens Capitulum.

Verumtamen ista festorum moderatio et reductio locum non habeat nec observetur donec per duo Capitula immediate sequentia confirmetur; ne aliquid de jam recepto et per plura Capitula approbato sanctorum cultu sine magna deliberatione et unanimi multorum Capitulorum consensu minuat.

Orationi Domini In omnibus divinis officiis ea debito dicendis quoties dicitur sub silentio subjungenda Galusakis Angelica ^{salutatio} Pratio Dominicalis, toties subjungatur salutatio Angelica tam prout ordinatum est annis 1589, 90, a monachis quam a Conversis in suo divino officio tam de tempore 97, 98. quam de Ps. Maria et pro defunctis.

Cum certo constet esse bona vel mala receptione et institutione Novitiorum profectum vel defectum Ordinis nostri tam in numero quam in merito personarum praecipue pendere, et in parvis domi-

In parvis domibus in quibus pauciores quam octo monachi utiles resident qui ^{bus non recipi-} antur Novitii, divinum officium cum nota integre non persolvunt non possunt Novitii sufficienter ad omnia quae sunt Ordinis institui, confirmantes ordinationem factam annis 94 et 95 statuimus ut in dictis parvis domibus non recipiantur nec retineantur Novitii, sed in his dumtaxat in quibus divinum officium etiam nocturnum cum nota cantatur, et regularis observantia perfectius custoditur.

In eisdem monachis etiam alibi professi habeant vocem. Quando autem professi in domibus huiusmodi conventualibus mittentur ad parvas domos sic omnino in illis suscipiantur, et necessariis foreantur ac si illarum essent professi, habeantque vocem in omnibus tractatibus non tamen in electione novi Prioris, quam non facient habitatores parvarum domorum, sed per Capitulum aut R. Patrem Cartusiae illis providebitur de superiore.

Negotium union-
dam parvarum
domorum urgetur,
quod tamen sequenti
anno suspensum
fuit.

2 Part. Stat. cap. 21
no. 3.

Et quia experientia docente in dictis parvis domibus observantia
regularis via ex integro potest custodiri (ut multa alia tace-
antur) propterea confirmantes ordinationes factas annis 92 et 93
(94 de unionibus parvis domibus juxta Breve apostolicum super
hoc concessum, et moderni Summi Pontificis sanctum deside-
rium et intentionem) committimus et injungimus Visitato-
ribus provinciarum ut cum auxilio eorum quos ad id idoneos
judicaverint omnem operam impendant, omnique sollicitudine
laborent in promovenda unione parvarum sue provincie
domorum vel inter se vel cum aliis ejusdem provincie domi-
bus, prout magis expedire judicaverint, et in sequenti Capi-
tulo aut super annum R. Patii Cartusie denuntient) quid pro-
moverint circa hujusmodi uniones, vel quas difficultates repere-
runt. Quod negotium diligenter procurando suum zelum et fidem
in Ordinem maxime testata facient. Expense autem ad hoc
requisite per ipsos Visitatores fiant et postea repetantur vel
a domibus uniendis vel a tota sua provincia (D. Meldeman
professus Cartusie narravit in hac domo circa annum 1620
parvas domos hac via fuisse quardam in pristinum statum
restitutas dum se mutuo juvant.)

3 Part. Stat. cap. 24. Ordinationem de abbatibus ante decimum quintum
annum impletum non recipiendis ad habitum seu
probationem; nec ultra numerum quem domus potest
sustentare, factam anno 1594 et 96 iterum confirmamus.

2 Part. Stat. cap. 22. Ordinationes per Capitulum generale uno anno facte,
si anno immediate sequenti per idem Capitulum non con-
firmentur expresse pro revocatis habeantur.

Cum quilibet habitatus ad officia consecatur, etiam habili-
tatus ad vocem; ordinamus ad tollendas inutiles quorundam

disceptationes, omnes cujuslibet domus legitime institutos Priores, Vicarios, Procuratores aut sacristas quamdiu dicta officia exercuerunt habere in omnibus tractatibus etiam in electionibus Priorum vocem prout ac si earundem domorum essent professi, licet in alia domo professionem fecerint.

Subscriptum:

In predictorum fidem ego Prior Cartusie hic subscripsi sub capitularibus negotiis anni 1597. Fr. Joannes, Prior Cartusie.

Joannes Lamberti
Donatus hujus
domus monasterii

Obiit 10 Martii Fr. Joannes Lamberti Donatus antiquus domus, cuius servitio se addidit anno 1573 valde diligens et obsequiosus portarius, sector et piscator, primus sepultus in magna ecclesia ante altare S. Laurentii, cum solus esset incepta sine tecto et testitudine.

Fr. Judocus
Nigro Albotanus
primus Conversus
in nova
domo.

Deus statim domui providit de alio alumno ceque obsequio et fideli, nam in profesto Venerabilis sacramenti frater Judocus Nigro Albotanus ex honestis parentibus natus qui uno die obierunt et sepulti sunt in ecclesia primaria, ibidem primus religioso habitu Conversorum donatus est a D. Petro de Leon in sacello B. Virginis anteriori, antequam carta Capituli allata esset, et sequenti anno sub P. Hbercule professus est, paucas pecunias quas habebat resignavit in manus superiorum, habitaverat Gandavi apud sororium suum, qui principes aliquot patrie a tumultuante populo carceri datos relaxavit, unde immerito supplicio in quartitas partes tractus fuit. Cuius caput cum cernisset Judocus animo deliquit. Soror vidua Leonem habuit in custodia pro recompensa.

Petide altarium
empte.

26 Junii empta sunt petide seu lapides pro summo altari et reliquis quatuor ecclesie majoris altaribus. De quibus

facit mentionem Pater de Leon in suo Computo.

Pro lapide altaris capelle S. Joseph (quod est secundum) et pro lapide majoris altaris ego solvi 21 florenos, reliquum solvit Procurator.

Puteus in medio aree effossus qui nunc repletus est. In Julio fodimus puteum in anteriori area cuius aqua fuit satis turbida. Nec mirum, nam locus iste ante paucos annos stagnum erat, turris enim major circumdabatur aqua, postea repletae sunt fossae ruderibus et terra congesta, ex puteo autem facta est anthia quae excurrerat prope Brasatorium, deinde lapides eruti fuerunt et puteus repletus, ex quibus lapidibus utpote albis sectis factus est puteus in ipsa turri et cubiculo secundario hospitum sed nec ibi valet aqua. Pater de Leon scribit pro primo puteo dedisse cuidam Sebastiano murario 55 florenos vel circiter

Idem Pater de Leon in Computo suo haec habet non reticenda de nostro chirurgo, qui fere a restauratione domus nostrae inservivit estque industrius et benevolus ac gratus Domui.

Laurentius Van Beken cognatus Patris Vicarii (S. Francisci de Cavener) servivit mihi fideliter ultra quatuor annos, (anno autem 1592 vel 93 incepit praedicto Patri famulari) cum quo singulis annis exposui in suis vestimentis et calceamentis 21 florenos, quorum summa spatio quatuor annorum ascendit ad 100 florenos.

Inuitu pietatis et remunerationis, ac in favorem Patris Vicarii collocavi hunc Laurentium apud Consorem quemdam Antuerpiae ut addisceret artem et solvi pro eo 100 florenos.

Etiam dedi indumenta fratris sui Petro, qui aliquot dies serviebat mihi, et propter Patrem Vicarium cupiebam bene-

facere istis juvenibus, exposuque pro isto Petro diversis vicibus per modum elemosinae 30 florenos.

V. P. Hercules Prior hujus domus concessit sacellum domine nostrae de gratia in Schuet tribus eremitis inhabitandum, qui non permanserunt.

Sequitur Epistola D. Prioris ad Ill^{mum} Archiepiscopum continens conditiones facultatis praedictae.

Conceditur Ill^{me} et R^{me} Domine paucis abhinc diebus ad me venerunt, sacellum in Schuet tribus eremitis tres Bremiae, unus Gandavensis et alii duo Leodienses, qui inhabitandum. hactenus in quodam heremitagio prope monasterium dobbiense juxta oppidum Buyr diocesis Leodiensis viscerunt et propter Grassatorum quotidianas excursions et impedimenta residentiam suam deserere sunt coacti me rogantes, ut sibi partem aliquam nostrae per hereticos desolati, et solo fere adaequati monasterii de Schuet extra oppidum Brussellense sibi inhabitandam vellem concedere. In hunc finem mihi exhibentes tam Vicarii generalis Leodiensis quam episcopi Gandavensis testimonia ipsorum tamen retroactae vitae probitatem et integritatem comprobantia. Ego desiderans in loco dicti monasterii (quondam pluribus miraculis claro et devotissimo) prius religionis vestigia aliqua remanere, et populi vicini devotionem promovere communicato prius consilio cum Priore Conventus nostri hovanensis (D. Arnoldo Tharens) hujus provinciae mecum Visitatore generale, meoque Conventus ipsorum petitioni inclinatus ipsis usum sacelli B. Mariae Virginis de gratia nuncupati cum nonnullis aedificiis et horto ipsis designatis sub beneplacito Ill^{mae} et R^{mae} P. V. et cum consensu Dominorum de-

cani et Capituli ecclesie collegiatae S. Petri Anderlacensis sub
 quorum patronatu dictum monasterium situm est ipsorum
 jure in omnibus salvo annuendum et concedendum per-
 tarimus, mediantibus tamen conditionibus subjunctis.

Imprimis poterunt ipsi Eremitae dictum sacellum aliaque
 aedificia eis concessa Christianifidelium largitionibus et aliis
 quibus poterunt mediis reparare et ipsorum usui appro-
 priare.

Item debebunt vitam suam professioni conformem ducere,
 moresque suos ita componere ut omnium in se oculos ad
 pietatem et devotionem excitent manente semper penes
 Priorem monasterii de Schuet potestate et facultate eos
 inde efficiendi si contrarium fecerint.

Item non licebit dictis Eremitis numerum suum
 augere seu alios sibi socios assumere sine dicti Prioris
 consensu.

Item tenebuntur sacramenta ecclesiastica et sepulturam
 a pastore Anderlacensi, cui jure parochiali subsunt, recipere.

Item obligabuntur ecclesiam Anderlacensem seu aliam
 abbas aliaque divina officia audituri frequentare,
 quamdiu sacerdotem, qui id munus ei domi praestet
 non habebunt.

Item dictus Prior per hanc concessionem non intendit
 juri sibi in fundo dictis eremitis concesso seu alterius
 praepjudicare, intendens ejusdem fundi hac concessione
 non obstante Dominus manere.

Concessio Archiepiscopi Ebeckliniensis

Per nos licet ut hoc sacello utantur hi anachoretae
 quamdiu se gerent sic ut aedificent. Actum Ebeckli-

nice, anno 1597, Augusti 26.

Subsignavit: Matthias, archiepiscopus theobaldinensis
et fr. Hercules Van Winckele, Prior Cart. Brussellensis.

Quamdiu ibidem permanserint nondum compertum habeo, sed tamen patefecerunt se esse nebulones et fures, qui postea ultimo in aliis civitatibus supplicio affecti sunt. Ex elemosynis quas recipiebant, non tanta tecta sacelli restaurabant sed optima vina emebant et non parvum detrimentum nostris vicinis sylvis inferebant, nullumque displicebat canonicis et probis viris, nullum inter se caput habere cui alii subessent, cum nec privata domus absque patrefamilias subsistere possit.

Ingens victoria
Hollandorum.

Mauritius adulta jam aetate exercitum educit, eo securius quod videret Archiducem Albertum lectissimas copias suas contra Francos ducere ad solutionem obsidionis Ambianensis. Interim ipse Bergam ad Rhenum diocesis Coloniensis, Moewes oppidum Comitatus eisdem nominis, et Alpen Domini peculiaris urbiculum cepit necnon Quollam et Psedefortium in Zutphania, in Transsilvania vero Oldesaliam Lentiam, Inshedam Lingamque oppidum cum Castro.

Insignis fuit haec victoria et apud externos etiam multorum sermonibus celebrata, qua Mauritius brevi temporis spatio novem oppida, arces quinque, comitatus tres ac totidem dynastias ordinum imperio adiecit: Frisiam et Ewentiam ab omni hostium metu liberavit; septem fluvios, quatuor pontibus, tres vado traiecit. Non legatos tantum multorum regum et principum, verum etiam praeter magnum nobilitatis numerum quae ex vicinis locis undique confluerat duos duces, novem Comites ad castra visenda profectos tantae victoriae relictos testes habuit atque inspectores. Queti sunt insuper haec victoria in singulos menses ordines

octuaginta millibus florenorum, quibus accessionibus bellum
ipsum deinceps levius, et contra Hispanis tanto erit difficilius.

Verumtamen postea idem Albertus nonnulla ex his oppida
recuperavit duce Spinola.

Albertus frustra adparabat interea Albertus Ambiano per Galliae regem obpresso
obedienciam Am-
bianensem solvere succurrere dum Franciscus Mendocza Admirantius Arago-
conatus est atque
de nuptiis suis cum
Isabella certior
redditur.

nus in Belgium venit, qui ad Albertum refert quae de nup-
tis cum Isabella Clara Eugenia regis filia epusque dote cum
regni sui proceribus res concluderat, quibus Principis animum
vanis tum sollicitudinibus occupatum mirifice exhilaravit,
occultata interim ad tempus nuncia quae inde (5 die Decembris)
publicata in consessu ordinum Belgium singulariter affe-
cerunt, jam enim spes certa futurae pacis affulgere credebatur,
quod alioqui res potentissimus filiam suam unice amatam
in tantos tumultus non esset dimissurus.

Albertus dum cum toto exercitu ad castra prope Ambianum
venisset, tum periclitari fortuna Galliae cepit, pluresque
Martis aleam fuffa antevertere ni eam rex cohibuisset. Quo
comperito Albertus ne temere suos in discrimen adduceret receptui
cavit, et extremum agmen catenatis planstibus summoque
militum robore communit, res 16 millibus recedentes insecu-
tus est, sed non est data ei pugnandi copia.

Res domesticas satis etiam turbulentas ex isto scripto D.
Petri de Leon referamus. Notandum, inquit, quod habebam
medium et certissimam spem collegendi adhuc ultra triginta
millia florenorum modo supra dicto ex stipendiis personarum
exercitus Suae Majestatis pro fabrica totius monasterii sicuti
mihi promiserat Dominus Magister de Campo Ludovicus de
Villar et Dominus Alphonsus de Mendocza gubernator Cam-

D. Hercules braccensis, sed Venerandus P. D. Hercules, quem ego R. Patri
 Designatus Prior
 Braccellensis à D. Capitulo generali summojere commendavi et
 Petio de Leon.
 designavi ut vestro loco huic domui praeficeretur, quatenus
 ego liberatus a curis domesticis facilius fabricam promoverem,
 sua nimia intelligentia promotionem hanc impedivit, nam
 cum illi meam ad suae celsitudinis perfectionem fortassis fu-
 turam proponerem ad confines Franciae, ut librantiae quaedam
 ibidem expedirentur, et praedictae elemosynae colligerentur,

Obedientia coepit renuere, et nescio sub qua specie justitiae contradicere
 D. Petri de Leon
 quasi mea res, et non domus hujus ageretur; unde magis
 volui domi manendo illam occasionem colligendi supra
 dictam summam amittere, quam illo renuente discedendo
 tantam summam impetrare ut illi satisfacerem, qui
 sua magna industria per aliam viam sine nostra et ami-
 corum nostrorum opera domum suam fortassis poterit multo
 melius promovere.

Ecce dum ipsius, Hinc est quod jam ego potero domum hanc ubi debita fabrica,
 commendat se
 orationibus po-
 steritatis. quae nostro tempore fuerunt contracta, fuerint persoluta, in
 bona pace relinquere et omnibus Patribus hujus domus tam
 praesentibus quam futuris valere humiliter et obviare propter
 Deum petendo quatenus mei maximi peccatoris in suis sanc-
 tissimis sacrificiis et orationibus dignentur meminisse, ut
 si quid inter tantas evagationes et sollicitationes pro ipsorum
 utilitate factas delictum est illorum etiam intercessione
 apud Deum misericorditer condonetur. Amen.

Ad haec respondet V. P. Hercules ad marginem computus.

P. Hercules
 rationes. Contrarium hujus ex eo manifestum erit, quia nunquam
 constabit hunc D. Procuratorem vocatum ab istis Capitaneis
 hic nominatis pro collectione harum elemosynarum, quia

tunc in obsidione Ambrianensis civitatis nunquam castra regis catholici fixere tentoria, sed semper ad aspectum hostis obambulantia se mutuo in aciem expectabant, unde importunum et scandalosum tunc fuisset Religiosos discurrere et mendicarie per castra in tanto periculo versantia veluti hostis memorati, pestis, et famis, ita quod nulla civitas etiam sub ditione regis, pateret ad ingressum militis.

Ad haec quid dicam, horum judex esse nolo; sed quomodo quidem D. Petrus de Leon percipiebat stipendium a rege ut exercitibus inserviret poterat sequi castra, nec P. Hercules (qui ex suo ingenio semper illi adversatus est) sciebat eventum belli, ratione tamen non caruit.

Ultima libran- Pergit Pater de Leon summam ultimae librariae post
tia 804 florenorum. multos labores et expensas recepi (puto 15 Septembris
hujus anni 1597) coram Patre Priore D. Hercule a quodam
Commissario qui revertebatur ex castris, et numeravit
nobis in primis 750 florenos, et postea diversis vicibus sol-
vit mihi quod reliquum erat ad complementum dicto-
rum millium florenorum, sed est notandum quod inde

D. Joannes de Guerra, defalcata sunt praedicta 50 scuta, quae pertinebant ad
forte Guevara, de- Joannem Guerram, [puto Guevaram apud nos postea sepul-
vit schedulam tum] quae faciunt 125 florenos, et etiam defalcantur
ut ex suis stipen- tum] quae faciunt 20 floreni quos dederam Christophoro Raes, quia ipse
diis recuperaret. Pa- ter de Leon 250 florenos
pro his 150 florenis.

collegerat elemosynas inter illos milites equestres, et
Christophorus multum laborat semper pro nobis. Item defalcantur
Raes fautor hujus 3 floreni quos dedimus pro elemosyna et sacco si bene
domus. memini, etiam defalcantur alii 3 floreni, quos minus
accepi a praedicto Commissario in ultima solutione, et
etiam defalcandi sunt ultra 45 floreni, quos exposui

Diversis vicibus invitando Commissarios et ministros regis sine quorum ope et favore nihil unquam recepissem. Itaque defalcatis 196 florenis ex prædicta libraria remanserunt 804 floreni.

Albertus Archie-
dux dedit 900 flo-
renos pro fene-
stris ecclesie.

Item impetravi, inquit Pater de Leon, 900 florenos ex ordinatione Ser.ⁿⁱ Cardinalis pro fenestris vitreis ecclesie conventualis, qui fuerunt assignati per viam financiarum super Receptorem generalem Christophorum Godinum. Scribit ad imaginem P. Hercules constat Auditoribus scilicet Computus, et vere quia ipsemet prædictam summam receperat Antuerpiæ a Receptore Beruquen et nomine Patris de Leon satisfacere vitriario et fabro ferrario. Hanc summam existimo hoc anno ab Alberto datam si non receptam cum non constaret adhuc de eius matrimonio futuro, nam in eodem fuerat depictus in habitu Cardinalis, cujus fenestree fragmenta adhuc postea vidi.

Conclusio ratio
num de elemo-
synis acceptis
pro ecclesia
17.749 flor.

Constat ergo ex supra dictis quod recepi ratione elemosynarum fabricæ defalcatis defalcandis 17.749 florenos, a tertia die mensis Martii anni 1591 usque ad ultimum Aprilis anni 1598.

Constat præterea me recepisse spatio septem annorum tam ex parte pensionis nostræ regie quam a Domino Pagadore singulari amico meo, quam etiam ab aliis amicis meis pro expensis meis particularibus, et pro hæredibus Capitanei Christophori Perez cognati mei defuncti (et hic sepulti) sum-

6.950 flor.
D. Petrus de Leon
Confessarius
Hispanorum

mam 6.950 florenorum et nonnullas alias elemosynas parvi momenti a filiis confessionum et ab aliis amicis, de quibus non possum bene recordari, quas exposui cum eisdem amicis meis et cum personis ordinis.

Pater de Leon
7 annorum
24.699 florenos.

Qui simul computati ascendunt ad summam 24.699 florenorum.

Hæc excerpſi a compute quem reddidit ſequenti anno
1598 coram Patribus commiſſariis ad hoc deputatis.

Campana eccleſia In mense Auguſti fuſa eſt campana eccleſie in civitate
fuſa eſt Mecklinice. Mecklinienſi.

In Jacobus laurens In ſeptembri receptus eſt Jacobus laurens Harmonius de
receptur pro Donato Conte - le - Brain ad ſtatum Donati, qui ſequenti anno
et dat calicem. in feſto S. Huberti fecit promiſſionem ſuam diligens et
industrius coeus, ante ingreſſum Ordinis in dicto officio
Nuntio Apoſtolico et Patribus ſocietatis qui contra ſeque-
bantur; dedit autem eccleſie 40 florenos qui pro calice
expoſiti fuerunt.

Dux Ferraria Ferraria mense Octobri Alphoſus Etenſis Dux maturus et sine
moritur. herede moritur poſtquam principatum illum 27 annos adminis-
traſſet, hinc ea ditio ut Romana eccleſie feudum ad Clementem VIII
eſt devoluta, poſt breve bellum inter ipſum Pontificem et Ceſarem
Etenſem nothum et nepotem defuncti Principis, qui pace compoſita
31 Januarii ſequentis anni Regium Lepidi, Mutinam et alia
oppida retinuit. Iſtæque a Rudolpho II Imperatore Dux Regii, Mu-
tine et Campi creatus, habuitque filiam Ducis Sabaudie uxorem.

Et Ser^{ma} Princeps Occubuit etiam mense Novembri ſubſequenti Ser^{ma} Catharina Alla-
Catharina Duciſſa brogum Ducis uxore Philippi II Hiſpaniarum regis filia partus
Sabaudie filia doloribus oppreſſa poſtquam filios quatuor filias pene totidem
regis Hiſpaniarum. ſuperſtites marito reliquiſſet, qui permansit viduus 33 annos
uſque ad annum 1620 quo intelleximus obiſſe.

Sicut pater ſui ſimiles generat, ſic Pater Arnoldus Harenſis
Prior domus Lovaniensis qui jam proſecta ætate ex ſocietate
ad Ordinem maturus viros ſui ſimiles deſinente hoc anno
ſuſcepit ac in Chriſto genuit:

27 Octobris D. Agidium Bommelense jam calvum.

D. Joannes de
Stelant et D. Jo-
annes Emmecho-
vicius se Ordini
addicunt.

Et prima Novembris in insigni die solemnitatis Omnium
sanctorum duos viros nobiles non infirmi nominis D. Joan-
nem de Stelant Hulstensem et D. Joannem ab Emmechoren
ex territorio Bommelensi prope Hussen. Sic quoque S. Fran-
ciscus Nobilibus volebat ad suam societatem precludi
aditum quorum animus ad magna^{pro} Deo obeunda commu-
niter nobilior, vocatio sincerior, et transitus a locupleta
substantia ad summam rerum egestatem laudabilior, quis
nobilium ^{sepius} et conversio ad alios trahendos efficacior, imo et aliquando
sincerior conver-
sio. necessario nobilium parentum favore et subsidiis utilior sed
hoc monebat ut non tam nobilitati carnis quam spiritus
attenderent. D. Joannes de Stelant vir erat litteratus specie
decorus fueratque e familia Principis Leodiensis Ernesti
a Bavaria eius nomine ad Cæsarem legatione functus
fuerat, sed non tam intrepido animo quin ibidem salu-
briter confusus fuerit ut quidam dicunt, alias præterea
regiones peragratus fuit. Et ut audivi ex ore Venerabilis
viri et seris Quæstoris ebarchionum de Baden in tractu
Luxemburgensi, Compostella in Gallitia et in templo reli-
giosis S. Jacobi majoris famoso et ex tota Europa peregri-
natione frequentato cum esset et forte ex fatigatione ob-
dormivisset vidit in visione B. Virginem habentem in
manu habitum Ordinis nostri et dicentem sibi; si vis
salvus fieri suscipe hunc habitum; quod cum amicis
referret, illum admonuerunt ut non negligeret gratiam
et vocationem Dei.

Domnus autem ab Emmechoren non quidem tanta littera-
turae fuit sed magni et acris iudicii, et quidem vereba-
tur ad statum clericalem ascendere contentus humili

statu Conversorum, sed tamen quia non erat lingue
 latine peritus ignarus persuasus fuit et habitum
 monachorum peteret nonnihilque laboravit in cantu
 addiscendo (sicut et socius ipsius) imo dixit quibusdam
 se vi precum a Deo et B. Virgine peritiam cantus adeptum
 fuisse, fueratque miles vulneribus potius quam
 venustate fauci decorus, perveneratque ad dignitatem Capitanei et
 locum tenentis Domini de Bois Gubernatoris Weidensis, balneum
 ad summam aram deposuit, inseruit etiam nunc loco populi D. d.
 Magdalene et postea in Ordine supremum officium totius pro-
 vincie scilicet Visitatoris adeptus est et ex duce equestrum,
 copiarum dux et Pater monachorum effectus.

Gisbertus Bau-
 husius quartus
 Noritius domus
 Loraniensis.

Et 20 die ejusdem mensis accessit quartus Noritius D. Gisbertus
 Bauhusius Antuerpiensis filius mercatoris sed religiose magna-
 nimus qui etiam mercaturam exercuerat. sed tandem exem-
 plo S. Ignatii fundatoris Societatis Jesu, in qua habebat Germa-
 num poetam et ecclesiasten disertum, ipse annorum circiter 28
 aut 26 litteris humanioribus addiscendis animum applicuit et studia
 theologiae labijs extremis degustavit sicut exteras linguas hispa-
 nicam et italicam antea fecerat.

Pater Arnoldus horum receptione non tantum domui sue
 subvenit, sed etiam toti provincie, quae sicut domibus etiam
 personis deserta manebat et plus profuisset si in hac domo (Lor-
 anensem puto) se stabilivisset.

Hoc anno ad caelum migravit R. P. Canisius conturbunalis
 quondam nostri Suis et Cartesianis Colonienisibus familiaris
 qui catechismum evidenti belesite bono concinnavit. Apponno
 Epitaphium: D. O. M. Venerandus in Christo Pater Petrus
 Canisius Noriomagi natus, Societatem Jesu tertio a confirma-

tione illius anno ingressus, ac sacerdotio insignitus, ob magni simul et placidi animi prestantiam a Coloniensi ecclesia ad Carolum V Imperatorem ab Othone Card. Augustano ad Concil. Leid. a Carolo V Imp. Wormaticam contra Melanthonem hereticum, a Pio V Pontif. Max. ad Principes Germanice in fide confirmandos missus. Postquam Romae, in Siciliæ et Germanicæ Academicis docuisset diu apud Ferdin. Imp. et passim summa cum laude verbum Dei predicasset, primus Provincialis Societ. ejusdem in Germania ab ipso Societ. Auth. R. P. Ignatio datus fuisset, scriptisque fidem catholicam egregie illustrasset auspiciis R. D. Joan. Francisci Episcopi Vercellensis Nuntii Apost. Friburgum sesagenarius senit collegii Societ. fundamenta fecit, multa præclara documenta dedit. Et quasi quidam Friburgensium patronus ecclesie per Helvetiam Patriarcha, Religionis Catholicæ sui temporis columna toto christiano orbe notissimus, fide, prudentia, indefesso scribendi labore, abstinentia, perenni gravitate, animi puritate, flagrantissimo Dei amore multaque sanctitate clarissimus migravit ad Christum festo J. Chomæ Apostoli MDXCVII, anno ætatis LXXVII.

Batavi primo hoc anno 1597 classis quam Amstelredamenses mercatores itinere Lusitanis usitato anno 1595 versus Indiam orientalem miserant rediit diebus Augusti. Annis deinde subsequen-
tibus varie Batavorum classes, adeoque circum perpetuis armis commercia ad Indos navigarunt et porro navigant. (Moricæ in Chronico)

Anno 1598 Martii tertio expiravit Joannes Saracenus Ca-

meracensis ecclesie archiepiscopus atque Vedastini monasterii antistes. Vir litterarum amantissimus atque de iis optime meritis habuit in carta anni 1600 Missam de Domina in provincia Picardie.

Præmittimus quæ habemus de dono nostra scribenda postea externa paucis attingemus. Reverendus Dominus Orando Hispanus Dominicanus et concionator aulicæ redemit 100 florenos annui census 16 denario redimibiles quos recipiebamus super antiquum hospitium, quod ipse emerat ut dictum est supra anno....

Exactio pecuniarum pro alendis militibus.

A nostris vicissim et verisimile ex prædicta pecunia redempti sunt 31 floreni et 5 asses denario 16 redimibiles, quos recipiebat Joannes Martens super bona monasterii, nam ab eodem D. Philiberto Procuratore existens anno 1578 receperat 600 florenos D. Priore latitante apud Sylvam S. Martini, quia premebatur ad solvendas brevi temporis spatii graves exactiones pro militibus alendis, una vice 200 florenos, aliis vicibus 150, et ex proventibus domus quasi nihil recipiebatur.

Redempta quoque sunt decem sextaria siliginis irredimibilia ex bonis foundationis in Herbecke quæ recipiebat annuatim super tria bonaria terre Dominus Antonius Gottines, ut patet per litteras scabinales hujus oppidi.

Redempti sunt insuper aliquot census irredimibiles videlicet 7 inferiorum denario 27 a Capitulo D. Gudulæ.

Redimimus sextarium cum fertello avenæ et 12 nummos Lovanienses irredimibiles census quos annue recipiebat D. Leonardus Van Hecke ex bonis te. Berysberge.

Irredimimus unum jornale terre a Conventu Viridis Vallis

Ordinis Canoniorum Regularium situm inter bona nostra
Opherdebeek in curti S. Annae Pede, et est cum altero fornali
conjunctum, inde solvebamus annue pro elocatione duo
sextaria siliginis vel tritici.

Emimus ab Anna Loys duos redditus redimibiles 18 dena-
rio quemlibet 24 stuferorum hypothecatos super quam-
dam domum te Begpumberes in Herbeek sitam
juxta bona monasterii ibidem ut pertet per litteras
scabinales.

Quantulit monasterio eadem vidua adhuc redditum
18 stuferorum hypothecatum super quamdam do-
mum Anderlaci in Falude e regione domorum mo-
nasterii ibidem.

Ermit D. Hercules Prior tunc hujus domus, Brugis
molendinum tornatile quod collocavit loco valde
incongruo inter sacellum et ecclesiam, juxta portam,
quae res plurimum displicuit D. Petro de Leon promo-
tari hujus novae domus, eo quod se statim offerret ob-
staculum intrantium, cum tunc temporis multi
Principes ipsius causa hanc frequentarent domum,
plurimumque suo strepitu ecclesiae et sacello in-
commodaret, ut illud portea amoveret edificavit par-
vum ambitum circum circa ecclesiam et edificium
quo nunc utimur Capitulo intra praedictam
ecclesiam et sacellum.

duae primae
cellae A et B ad-
ficatae; nunc
X et A primae
a parte meridi-
ionali et culina
proxima.

V. P. Hercules curavit edificari duas primas cellas simul
conjunctas sub uno tecto signatas litteris ^XA et ^AB quae nunc
sunt P. Prioris et P. Procuratoris.
Capitulum generale celebratum est 20 aprilis et sequentibus.

P. Ludovicus Gaudais
 Prior Divionensis scriptor.
 Ludovicus Gaudais
 Prior Cartusiae Divionensis obiit 1598
 virtutis et doctrinae
 commendatione
 clarus de quo Posserinus in Apparatu sacro meminit.

Obierunt imprimis D. Ludovicus Gaudais professor et Prior domus Divionensis, patria Andegavensis, graece, latine, hebraice doctus D. Dionysii Areopagitee librum de mystica theologia a se latine versum e graeco scholiis illustravit.

D. Petrus Psabolatus professor et alias Prior domus Fortarum qui 60 annis vixit in Ordine,

D. Pacificus professor et alias Prior Vallis Pisii qui 67 annos in Ordine Cartusiensi egit,

51 monachi, 22 Conversi, 3 Moniales, soror Prima de Provenne vixit in Ordine 60 annis, 9 Donati: personae 75. Nullus fuit inunctus Monachatus.

Ordinatio Provinciae.

Priori domus Capellae non fit misericordia et D. Martinus professor domus Sylvae S. Martini revertatur ad domum suam professionis. Qui, ut diximus, superiori anno laboravit pro mantenentia sua dictae domus.

Priori Philiberto domus Brugis non fit misericordia, et dabit operam ut Novitios aliquos recipiat instituendos in domo Lovanii. Quod executioni non est mandatum, nam hoc anno 1631 nulli supersunt monachi professi istius domus.

Priori domus Dyre non fit misericordia. Et curabit Novitios recipere ut habeat illa domus professores suos, ad quorum adventum S. Guilielmus Leonard ibidem hospes migrabit hospitatum ad domum Sylvae S. Martini.

Domui Sylvae S. Martini restituisimus Priorem suum D. Aegidium (Van Haut) propterea a Prioratu Gandavensi absolutum, quod spes aliqua restorationis illius domus

esse videatur, et propterea curret Prior statim aptari locum pro tribus monachis præter se aliquam ad formam statuti, simul vivere et divinum officium pariter si non cantando, saltem legendis persolvere possint.

Domus Hollandicæ (quæ penitus eversa est) bonorum administrationem relinquimus Procuratori domus Lyricæ ex directione Visitatoris, cui reddet rationem sicut et administrationem bonorum Cartusicæ nostricæ Majoris.

Priori domus Distensis non fit misericordia, et D. Nicolaum ibidem Procuratorem absolventes instituimus loco eius Procuratorem D. Theodorum ibidem Vicarium, qui etiam dictam domum restauravit.

Priori domus Gandavi alibi necessario fit misericordia (ut mox dictum est); et præficimus in Priorem D. Antonium a fine ibidem Procuratorem (qui erat professor domus Lyricæ et ibidem diu Prior).

Priori domus Leodii (D. Philippo Van Belle de quo diximus anno superiori creatique suspensus ab officio et manebat in sylva S. Martini) fit misericordia et vadat ad domum Capellæ, et ibidem fungatur officio Vicarii. Præficimus autem eidem domui Leodii in Priorem D. Arnoldum (Havens Visitatorem) propterea a Prioratu domus Lovanii absolutum (verba certe mutatio).

Priori domus Prussellæ non fit misericordia. Declaramus officium Procuratoris generalis non eximere ab obedientia et dependentia Prioris domus in qua moratur. Et hæc fuit humilitas D. Petri de Leon qui cum D. Hercule Priore non adeo conveniebat ut superius tetigimus.

Priori domus Sophicæ (D. Michaeli Jensema) fit miseri-

cordia, et præficiamus dictæ domui in Priorem D. Antonium (Van Leo Zickemium) professum domus Hollandicæ, nunc vicarium domus Lyre, qui introductus fuit ipso die s. Martini.

Priori domus Loranii alibi (scilicet Leodii) magis necessario fit misericordia, et præficiamus eidem domui in Priorem D. Michaellem (Yensema professum quædam domus et quondam Procuratorem) propterea absolutum a Prioratu domus Saphicæ.

Audio Conventuales via illum voluisse admittere, aut illi promittere obedientiam, verum cognoscens causam tenacitatem suam esse promisit demisse se rationabiliter Conventum tractaturum, et ea que sunt Ordinis servaturum, et sic installatus fuit.

Et D. Godefridus (Thamael ibidem professus) vadat ad domum Lyre, ibique exerceat officium vicarii (et hæc est prima promotio ipsius post unde trigessimum annum peractum in Ordine quod sciam) et D. Bartholomæus eat ad domum Pruzis ibique fungatur officio sacristæ; hic non est reversus ad gremium matris suæ.

Ordinationes.

Ordinationem anno 1596 factam et 1597 confirmatam, que incipit Etsi Cartusia mater pro subvertione et restoratione Cartusicæ iterum confirmamus, et exhortamur omnes Patres Ordinis ut voluntarios sese exhibeant ad solvendas taxas suas.

Difficultas sal.
tem fuit in domo
Lyre s. Martini.

Ordinationem de uniendis parvis domibus propter difficultates que in executione huiusmodi unionum occurrere visa sunt suspendimus, verumtamen domus que petierunt commode et sine nimia contradictione uniri uniantur. In hac provincia nullæ unite fuerunt.

Exercitia R. P.
 Michel promul-
 gantur.

Ut indemnitati consulative honorabilis viri Domini Buisson
 Lugdunensis bibliopola, qui suis expensis typis mandavit
 libellum Exercitiorum spiritualium a R. Patre Cartusiae
 editum, mandamus universis Ordinis personis, ut nullus
 praesumat emere praedictum libellum, nec alios a dicto R. Patre
 edendos nisi ex iis quos dictus Dominus Buisson excusserit
 et excuset. Et hoc eidem Domino Buisson per Decennium
 concedimus. Et tamen sequenti anno 1599 eundem recedit
 Colonia Joannes Gymnicus. Intellexi omnes omnino libros
 a cellulis monachorum in Cartusia fuisse sublatis, ut
 praedictis duntaxat Exercitiis R. Patris uterentur et certum
 est multos iisdem in vita spirituali fuisse adjuutos dignaque
 sunt tanto Patri et Generali.

Circa hoc tempus hospitabatur in hac domo D. Conradus pro-
 fessus domus Capellae qui hinc recedens institutus est Procu-
 rator in domo professionis suae vir pius et zelator Ordinis.

Abaii Secunda Vervirii in Veromanduis pace inter Philip-
 sum II Hispaniarum et Henricum IV Galliarum reges po-
 tentissimos conclusa est, ac in Flandria et Brabantia 7 Julii
 incredibili omnium provinciarum applausu promulgata est.

Alia 22 Augusti. Mense Julio, Albertus Comitis Brusellis habitis petit per
 organum archiepiscopi Abeckliniensis iuramentum fide-
 litatis sibi Ser^{ma} Hispaniarum Infantis futurae conjugis no-
 mine a subditis praestari, quod benigne annuerunt satis
 tectis suis privilegiis.

Ut autem Albertus in Hispanias matrimonii contrahendi
 ergo proficiscitur, Ill^{mus} Andreas Austriae Cardinalis episcopus
 Constantiae Ferdinandi Archiducis filius interim ad regendas
 provincias Belgicas constituitur.

Res domesticas repetamus, ipsumque D. Petrum de Leon loquen-
tem audiamus. Quodam tempore cum irissem Mechliniam
ad Patres Anglos, ut darem illis aliquam provisionem pecu-
niarum ex parte sua pensionis, inveni ibidem unum regi-
men militum Hispanorum, proposuique Colonello ipsorum

*Nova collectio de amico meo, ut colligeret elemosynas inter milites suos, tam pro con-
monasterium, scilicet
quindecim millia ventu Patrum Anglorum, quam pro fabrica domus Brusellae, et
Florenorum.*

statim propter meam personam ad computum stipendiorum suo-
rum me manente in monasterio obtulerunt mihi in scriptis ul-
tra quindecim millia florenorum ~~quodam~~ dimidiam partem
applicari de ipsorum consensu et devotione pro Patribus Anglis,
aliam dimidiam partem pro fabrica domus Brusellensis.
De qua re feci certiore Priorem hujus domus Brusellensis,
qui pro gratiarum actione rescripsit mihi litteras ingratisimas
et indignas qui mihi scriberentur, quibus humiliter respondi
ut consideraret quam bonum esset reddere malum pro bono
et odium pro dilectione mea. Hinc est quod ex illa dimidia

*Pater de Leon ab parte praedictarum elemosynarum quae ascenderet ad septem
alienat se ab
Hercule Priore
hujus domus.*

millia et ultra florenorum quam decreveramus assignare
pro domo Brusellensi assignavimus dimidiam partem pro
perfectione claustrum domus Lovaniensis, ut intelligeret ille bonus
Pater Prior me non solum Brusellensibus natum esse.

Quid agis, bone Pater, etiam sic thesaurizas Patri Herculi, qui
ad istam domum post annum translatus perfecit claustrum
ex his pecuniis, ni fallor. Collecta igitur Mechliniae in cartis

*Albertus Archidux
Hispaniam ad
sponsam suam
cogitans 14 septem-
bris Brusella dis-
cessit.*

praedicta summa elemosynarum ad computum stipendio-
rum militum reversus Brusellas non sine magnis molen-
tis a sollicitationibus atque expensis tandem egrediens
cum Ser^{mo} Archiduce Alberto in suo discessu apud Dominam de Haliis

(nam Albertus dispensationis pontificie certior factus, voti ergo ad eadem S. Virginis Hallensis toto orbe miraculis, quae in ea per suam habitum operatur Deus celebrem profectus, purpuram et galerum deposuit, enseque ac baltheo accinctus, *Albertus habitus clericali militie renuntiavit, et in Hispaniam ad inaugurationem conjugii abiit*) impetrari a Sua Celsitudine ordinationem et mandatum, ut praedicta elemosyna paulatim mihi sobreveneretur, ut ex illis inde darem dimidiam partem Patribus Anglis, et aliam dimidiam partem applicarem ad meam dispositionem pro fabrica ecclesiae domus Brussellensis, et pro perfectione claustrii domus Lovaniensis uti ego postulaveram, et sic jam circa medium mensis Octobris praesentis anni 1598 expedita fuit una librantia generalis totius exercitus pro tertia parte solutionis stipendii unius mensis cuilibet militi, et per singularem favorem Domini Computationis generalis totius exercitus regis, qui est meus filius Confessionis, et per intercessionem Domini Pagadoris generalis Gabrielis de S. Stephano fuerunt mihi assignata in praedicta librantia generali 133 scuta et 15 stuferi quae faciunt 333 florenos, de quibus dedi quitantiam meam ut ex partibus Frisiae ibi milites accipient solutiones per quemdam Commissarium mihi remittantur, sed est notandum quod Franciscus de Sagastivarala minister Pagadoris generalis Antwerpiae dedit mihi mutuo praedictam summam, quam debeo illi restituere quando recepero a praedicto Commissario, qui venturus est ex Frisia. Et etiam est notandum, quod haec summa assignatur mihi sicut ego petivi sub titulo Conventus Patrum Anglorum, domus Lovaniensis et Brussellensis ut inter illos dividam secundum portiones illis per me assignatas ad meam dispositionem. Sed

quia debita fabricae domus Brusellensis nondum sunt ex integro soluta. Ideo Patres Angli et conventus Lovaniensis habebunt patientiam donec ex primis solutionibus totum istud debitum diluatur, postea vero ex sequentibus restituam illis integras suas portiones absque defraudatione, desumptis tamen nostris expensis quae necessario debent fieri magnae et iustum est quia qui altari deseruit de altare vivere debet itaque recipi ex istis novis elemosynis ut supra dictum est 333 florenos et 16 stuferos de quibus debes reddere novam rationem.

Repetita quaerere
D. Petri de Leon.

Privus modernus huius domus Brusellensis, quem ego commendavi, et nostro loco subrogari feci, ut me ad promovendam hanc domum juraret e contrario propter suam cautelosam defidentiam et temerarias atque falsissimas suspiciones intulit damnum huic domui plusquam quadraginta millium florenorum, quos ego collegissem inter ministros regis et nostros amicos, qui edificare totam domum cupiebant si mea dispositioni et conscientiae fuisset commissum. R. Pater Cartusiae male informatus a meis oculis fecit mutationes et ordinavit, quae non ordinasset si propriis oculis vidisset nostram conversationem; sed quidquid illud est valde bene factum est a Domino, qui mortificat et vivificat, humiliat et sublevat, suscitatur de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem, utinam in alio saeculo dignetur nobis concedere mansiones paratas, ut ibidem sedeamus cum Principibus gloriae aeternae. Amen. Et hic est finis computus ipsius quem habui et videtur circa hunc annum coram Patribus Commissariis reddidisse. Inter cetera haec numerat: Procuratori Cartusiae pro suo viatico dedi 15 florenos. Pro vestimentis eiusdem Procuratoris et Fratris Georgii exposui 40 florenos.

rio generali provinciarum Hispaniae ad visitandam dictam domum, et ibi mortuus est 8 Augusti anno praesenti 1598 habens monachatum.

Primo Septembris in Italia obiit D. Stephanus Barregius Prior domus Neapolis et Visitator Lombardiae remotioris sicut et propinquioris fuerat et Prior Rapide.

In Septembri incepta est ecclesia hujus domus cooperiri tegulis.

Arcus triumphalis pro ecclesia. Et Magistratus dedit portam trifariam et aliquot columnas quae inservierant pro triumphali ingressu Archiducis Ernesti, nunc appropriatae sunt pro ornate majoris altaris et dosalis, et melius et convenientius depicta. Pro quibus dedit Pater de Leon Magister operum civitatis 10 florenos 14 Septembris sequentis anni.

Muensae et Alpa neutralis. Sub hoc tempore Muensensis Comitissae viduae, quae primo Romano Comiti quae perduellionis reum Albanus capite plecti mandaverat, nupsit, ab Alberto et Confederatis Hollandis sibi ac Muensensi principatui, uti et Palatini viduae Alpa dominio neutralitatis beneficium impetravit: quae loca a Mauritio superiori anno intercepta fuerant.

Franciscus Mendoza Admiralis Aragoniae, qui copias regis in Belgio nunc praerat ingentem exercitum trajecto Mosae in Civiam adduxit. Ubi protitus variis artibus tandem iterato Perkam ad Rhenum recepit et Doctecomum Zutphaniensis Comitatus oppidum.

Vesalienses ex itinere aureorum centum millibus fumenti modis mille multat, quod auxilium tulissent Hollandis.

Conventuales domus Gandensis scribunt ad P. Petrum de Leon, quem ab alienatum a d. Priore et domo hac forte intellexerant, atque benigne ad se invitant, litterae talis tenor est:

Conventus Gandensis scribit ad d. de Leon ipsumque ad se invitant.

R. V. P. D. Procuratori generali Ordinis Cartusien-
 Amplissimorum tuorum erga nos beneficiorum magnitudi-
 dini, quibus nos Cartusiamque nostram Gandensem in
 dies singulos onerare non desinis, Venerande in Christo Pater,
 quia nullis mutuis officiis respondere valemus hoc unum
 tamen optime curamus, ut eorum perpetuam memo-
 riam retineamus, et gratiarum actiones quas possumus,
 non autem quas debemus libenti letoque animo refe-
 ramus. Rationis fuerat (ut rebamur) ulterius impor-
 tunitate tuam Reverentiam minime gravare, nisi
 ingenuus animi tui candor, proferendae liberalitatis per-
 cupidus diffidentiam huiusmodi nobis sustulisset, et
 ad tuam Reverendam Paternitatem tanquam ad sa-
 cram anchoram confugere persuasisset. Eadem qua par
 est animi submissione supplicantes ut antiquae tuae Cartu-
 siae per se assurgere non valenti manum suam adfuturam
 toties expertam iterato porrigere non dedignetur. Quod fiet
 si singularem suam industriam (qua plurimum valet)
 in restitutionem aliquot cellarum (quae sui Promotoris
 industriae dicabuntur) intersiderit, in quo plurimum
 nostrae Cartusiae consultum fuerit (quae se jampudem
 tua unius industria de novo et a fundamentis in inte-
 grum restitutam gauderet si prudentia moderatoris id
 temporis opus reliquias colligentis accessisset) et Deo
 ter Optimo Maximo non frustra famulatum erit. Qui

tuam R. P. Cartusiae Belgicae restituenda (ut facis semper) quam-
diutissime conservet incolumem, si te loci nostri videndi fa-
bricaeque promovenda tenet desiderium venienti obvius pro-
curimus ulnis. In Cartusia Gandensi pridie D. Brunonis 1598.

Subscripserunt;

- Fr. Antonius a Fine, Prior,
Fr. Henricus Arnellius, Vicarius, qui epistolam scripsit,
Fr. Philippus Verdebant,
Fr. Nicolaus Andreas,
Fr. Arnoldus Coeyer,
Fr. Joannes a Duvencee,
Fr. Gislenus Hammius, Procurator,
Fr. Levinus Jaghere, Sacrista.

Prima Missa
celebratur in ecclesia
nostra.

In festo Omnium Sanctorum D. Hercules Winckelius Prior
super domus primam Missam eamque sollemnissimam
cantavit in ecclesia nostra majori quae ad perfectum usque
pervenerat, Domino autem Petro de Leon Promotori ejus
carmine congratulatus D. Procurator Gandensis.

Venerando admodum in Christo Patri ac Domino, D. Petro
Leoni Generali Procuratori Ordinis Cartusiensis
in Civitate Bruxellensi templo suo consummata
congratulabatur Fr. Gislenus Hammius ejusdem
Ordinis monachus.

Fortè tuos olim meliori carmine mores
Et quaecumque gravi gessisti digna coturno
Unquibus a teneris, primaque aetate retexam
Siliet ut mundi fastu, carisque propinquis
Carnis et illecebris et opum praedivite gaza.
Despectis, tuis Christi vesilla secutus

Egeris illustrem victo plutone triumphum,
 Et morum gravitate puer transcendere annos.
 Interea tenui salientia carmina vena
 Excipe, et oblatos non averseris honores
 Prima suo socero Babylone Semiramis aedem
 Condidit, hinc Hecate Crivide paricida Diana,
 Mox et lucifugo gens Philistæa Dagoni,
 Atque alii plures aliis statuere vel aras
 Vel delubra diis crebi; sed qui tamen omnes
 Præmia nulla suo retulerunt digna labore
 At tu magne Deo melius decentibus astris
 Et meliore Deo celi stans, omine templa,
 Quæ prius in cineres (heu quid non improba pentat
 Hæresis, at Bellona furens) collapsa jacebant.
 Cur (equidem credo) nostras sarcire ruinas
 Te Deus Hisperia nobis accivit ab ora:
 Credo equidem, nec fallor enim. Namque altera quæ te
 Causa coegisset patriosque relinquere fines
 Et perferre graves pelago terraque labores
 Et pro deliciis quibus affluit optima tellus
 Semivntas habitare casas, et paupere cultu
 Ducere tranquillam per amica silentia vitam?
 At quia sub tenebris virtus oppressa latere
 Vera nequit, tua te nolentem gloria celo
 Sollet, et æthereis clarum caput inseret astris.
 Macte animo, feret hæc magnum tibi fabrica nomen.
 Aurea nam quamvis fuerint Carthagine Phœbi
 Et quæ belligeræ Græci posuere Minervæ
 Phæna, licet fulvo rutilarint enimus ore
 Hæc tamen his tua sunt ignobiliora, sed illa.

(Luna velit stellas, et lunam lumine Titan)
 Reuperant. Quia non tantum congesta metalli
 Pondera fulgentis ornant altaria Divum:
 Quantum pura fides nec non sincera voluntas
 Hostiaque a casto superis oblata ministro.
 His equidem solum titulis salomonis (opinor)
 Grata fuere Deo, quamvis preciore vel arte
 Nulla magis toto factet se fabrica mundo:
 Namque pavimentum pario de marmore sculptum
 Aurataque trabes, aurataque parua, et ara
 Et paries clavis fulgebant lucidus auro.
 Ergo hoc ut late proles Davidica facto
 Extendit celebrem nostra haec ad tempora famam:
 Sic tua (praesagam nisi fallat opinio mentem)
 In sublime ferent serii monumenta nepotes.
 Quin prius auroam, cum jam decessus in undas
 Fessur, et obscuras oriens sol adferret umbras
 Et pecora in fluvio parentur in caere pisces
 Quam lux ulla tuum memori decus eximat auro
 Quid? tibi nunc etiam magnos longiturne honores
 Orbis, et in tot concilio Cartusia Patrum
 Admirata tuos erexit ad astra labores
 Perque tot Europae sparsit praeconia gentes.
 Sume animos, magis atque magis tua gloria gliocet.
 Tu modo suscepto leo ne desiste labori,
 Donec in antiquam Christo Duce, et auspice formam
 Restituas quaecumque ferox delubra tuorum
 Aequavitque solo cbars, in cineresque redegit.
 Quod si perficias ingens opus. En erit olim

Ille dies tibi, cum sedes ingressus Olympi
 sideraque et solem pedibus substrata videbis
 Obviaque hospitibus caelestibus agmina Divum
 Excipient, strepituque hilari, plausuque frequenti
 Et formosa sui sistant te regis ad ora.

Vos tamen interea quos vesit ad aethera virtus
 Inchyta quos flagrans castis alit ignibus ardor
 Calicula, quae templa dicat, leo vester et aras
 Ferte pedem celeresque aditis succedite vestris.
 Tuque ades imprimis nostri sacer Ordinis autor
 (Si tua rite tui sequimur vestigia nati
 Et tibi grata pio colimus solennia ritu)
 Bruno Parens, tua dexter adi pede tecta secunda
 At tu, summe Parens, Petro post fata leoni
 Praemia perpetuam dona felicia vitam.

(Cypis Joannis et Thomae Martii.)

D. Joannes l'A-
 postole Ordinem
 nostrum ingre-
 ditur.

In praedicto festo Omnium sanctorum quando prima
 fuit celebrata Missa in nostra ecclesia, etiam qui fuit
 postea primus professor novae domus D. Joannes l'Apostole
 Mechliniensis habitum Ordinis nostri suscepit in Cartusia
 Lovaniensi, quando praedicti nobiles de quibus epi anno
 superiore omittabant professionem, fuerat Carmelita
 sed nondum promotus sacerdos, multumque in priore
 ordine delectabatur piis opusculis nostri Lanspergii
 quorum lectione et bono exemplo Patrum Anglorum
 qui Mechliniae debebant pulso attractum ad nostrum
 Ordinem, Paterque Flavens qui fuerat etiam alterius
 religionis cum voti compotem fecit quamvis non vestiret
 egregia erat forma, et bene compositus ad gravitatem et
 modestiam religiosam et bonam habens vocem.

Albertus Archidux Austriae et Margarita Caroli Archiducis Austriae filia Philippi III Hispaniarum regis sponsa 13 Novembris incredibili pompa Ferraria a Clemente VIII Pontifice Maximo excipiuntur. Die 15 Novembris ipse Pontifex matrimonium inter Philippum regem per Albertum avunculum suum, et loquentur comparentem, et inter Margaritam reginam presentem celebravit. Post ipsi Alberto Isabellam Claram Eugeniā per legatum suum Sessa ducem comparentem desponsavit. Peracta re divina Pontifex reginæ rosam auream ipsa nocte Natalis Dominici consecrari solitam dedit: quæ sacra inter dona eodem apud Principes eius sæus est locus, quo ensis et galerus ad Principes viros a Pontifice mitti solitus.

6 Decembris obiit D. Petrus Aquilo professor Scalæ Dei, et eiusdem ætatis 30 annorum spatio Prior necnon Visitator Cathalonie.

Decembris 23 die Ciberis extra alveum elatus tantam urbi stragem dedit ut nullam post hominum memoriam, maiorem: Pontifex jam triiduo Ferraria quam receperat reduce et sano.

Hæc Margarita Austriaca Philippi III Regis Hispaniarum sponsa cum per Insubriam transiret audita Cicerinensis Cartusie amenitate cum magnificentia certante tametsi erant qui ingressum suaderent, maluit ea oculis suis amenitate negata exemplum Principibus feminis reprimenda sanctæ in speciem curiositatis statuere quam proscere insolito spectaculo risum, usu indulgentiæ qui in sanctarum legum labefactionem gliscente facile abusione verteretur. Quod sancte ac prudenter optimam reginam monuerat consciencie in sacro tribunali arbiter Richardus Societatis Jesu sacerdos sententiam rogatus inquit Theophilus Raynandi

1598 - 1599

Isabella Clara Eugenia, quae avo nostro Hedwiges Elizabethas reduxit eadem ex causa quae sororiam pemoverat remittit hanc Papiensem et ceteras inno Belgii Cartusias subvic, quamvis jure fundatae domus et suprema dominationis posset.

Anno 1599 Cardinalis Andreas exercitum in Cliviam ducit, et Embriac presidium imponit cui insidias struxerunt abenriciani, et Comes Busquovius in eorum manus saucius venit.

Hem opera labourlottii et lanslei Angli propugnaculum ab Hollandis Brevece nuncupatum non procul a Lybra ducis situm rursus eripuit.

Mendoza Pommeliam infeliciter obsidet propter simultates inter regios vicinaque castra hostium, qui totis viribus nullisque sumptibus parentes urbem servabant, canit receptui.

Cardinalis Andreas propugnaculum s. Andrea excitat in manus hostium mox venturum. Doelcomium occupant Nassovii.

Hoc miseria Belgica provincia pro cuius statu solliciti nostri Principes Albertus et Isabella post celebratas nuptias 7 Idus Junias Barcinone sbrunt. Pro quibus primum oratur in carta.

8 Martii inceptum est sterni pavimentum majoris ecclesiae.

Capitulum generale celebratum 10 Maii et sequentibus Obierunt monachi 57 (inter eos Prioris officio juncti 16, et D. Germanus Marchant professor domus Montis Dei qui 60 annis laudabiliter vixit in Ordine) Conversi 23, Monialis 1, Donati 10; personae 91.

ad 8 Kalendas Martii Compluti obiit Garsios Loaysa

novus archiepiscopus Coletanus (qui Alberto archiduci successerat) et cum eo spes evanuerunt, quas ingenii nobilitas, et aliae praeclarae dotes pollicebantur. Recommendatus in carta.

Ordinatio Provinciae

Religiosi domus Capellae D. Adrianum a Prioratu absolutum rursus sibi praeficiunt.

Priori Capellae (D. Adriano Dorpio) alibi necessario fit misericordia et committimus Visitatoribus ut provident dictae domui de alio pastore aut per viam electionis, vel ut ipsis videbitur expedire. Conventuales jus electionis habentes novo exemplo suum absolutum Priorem D. Adrianum rursus eligunt et installant canticumque Te Deum laudamus intonant et decantant, quibus facile consenserunt Patres Visitatores cum res patria non pro voto succederent.

Nam subfungebatur in Carta domui monachorum brevi ut speramus restituenda Ordini praeficimus in Priorem D. Adrianum propterea a domo Capellae absolutum sed residentiam habeat in domo Leodii nec quidquam agere sine consilio Patris Visitatoris praesumat.

Spes inde concepta erat, quod obviando, ut diximus, praeterita hyeme aliquot Clivia oppida scilicet Embriam Rhees Hispanorum praesidio firmaverat, eaque in hunc modum locis ejusmodi sibi bita praecautione Duoberg oppidum sed nonnihil magis Rheo- que adiacens securus de necessariis ad vitam Admiralibus brevi tempore occupare se posse credebat, et exercitum subinde ad Velavios hyeme trajicere, ita ut non difficilis ipsi ad Ultrajectum reliquaque Hollandorum adjacentia loca videretur expeditio. Sed praepropera nimia fuit ista spes.

Priori domus Diestensis non fit misericordia, et D. Theodorius (Hampwickius) ibidem Procurator vadat ad domum Sophie et exerceat ibidem officium Procuratoris cum administratione

bonorum domus Hollandia (ipse est qui in domo Monialium fuerat neglectus, nec ad administrationem bonorum dictae domus admissus, nunc ipsius industria agnoscitur). Et Visitatores provideant de alio Procuratore et similiter de alio Vicario in locum D. Nicolai quem tali officio indignum declaramus.

Priori domus Leodii (D. Arnolde Havens qui singulis annis fere mutabatur) propter magni bonum fit misericordia, et praeficimus in Priorem dictae domus D. Michaelem (Jensema) propterea a Prioratu domus Lovaniensis absolutum, diuturnior illi obvenit Prioratus quam Brucoduci aut Lovanii, nam Leodii septem integris resedit annis fecissetque domum Flandricam si forte diutius permansisset, nam plerosque Flandros eo tempore recepit.

D. Arnoldus Havens instituitur Prior Domus Brussellae. Priori domus Brussellae (D. Herculi) alibi necessario fit misericordia, et praeficimus in Priorem dictae domus D. Arnoldum (Havens) propterea a domo Leodiensi absolutum: et D. Petrus de Leon pergat in eadem domo exercere officium Procuratoris generalis in Curia Brussellensi in omnibus sequendo consilium Patris Visitatoris qui erat ipse D. Arnoldus Havens, nam ut ex superioribus potuit addiscere Lector non bene conveniebat cum P. Hercule.

Priori domus Sophiae non fit misericordia, et D. Ludovicus professor domus Leodii ibidem hospes exerceat officium Vicarii: Dominum autem Aegidium..... ibidem Procuratorem designamus Administratorem bonorum domus Capensis cupus multis annis fuit Procurator, sed morabitur semper in aliqua domo Ordinis quam Visitatores provinciae designabunt sine quorum consilio nihil aget.

Priori domus Lovanii (supradicto Jensema) alteri domui

necessario fit misericordia, et præficiamus in Priorem dictæ domus D. Herculæ propterea a domo Brusellensi absolutum, et poterunt ex professis illius domus (si nimis gravetur) ad alias domos mitti, ubi magis utiles a Visitatoribus iudicabuntur. Trivenerat ibi P. Herculæ nidum ubi poneret pullos, atque si in eodem nidulo moratus et mortuus fuisset potuisset sicut palma multiplicare dies suos, nunquam alibi fuit felicior ac majori in honore habitus, cum enim esset morum gravitate præditus et sufficienti doctrina ornatus Ordinis Zelator filios non paucos suscepit aut eruditavit in disciplina atque ad officia promovit cum domum insuper ad hæc aptam et ad formam Ordinis sortitus fuisset, unde non modice diligebatur a suis.

Ordinatio.

Moderationem festorum de novo in Ordine nostro institutorum factam per Capitulum anno 97 et confirmatam sequenti anno, nunc iterum pro tertia vice confirmamus et observari volumus, declarantes festa S. Francisci de Paula, Petri Martyris, Antonii de Padua, Bonaventuræ, Nicolai de Colentino, Januarii et sociorum eius præta intentionem summorum Pontificum qui ea de novo instituerunt debere celebrari cum 12 lectionibus.

Suscripsit Fr. Petrus Serral, scriba Capituli.

Dignum iudicari ad rei memoriam subfungere petitiones V. P. D. Petri de Leon R. Patri in Capitulo propositas et subscriptas, quibus nonnihil consolatus fuit.

Admodum Reverende Pater,

Ego P. Petrus de Leon humilis filius V. R. P. post debitam salutationem et obedientiam humiliter peto, ut dignemini mihi concedere infrascriptas licentias et petitiones.

In primis humiliter peto, ut per litteras patentes aut in charta

Capituli generalis declaretis me esse incorporatum in domo Bruuellensi, sicut jam semel concessistis et quod deinceps non me habeant tanquam extraneum sed sicut professum et filium ejusdem domus, denturque mihi ibidem omnia necessaria more Ordinis, avenam et fenum pro una equitatura, et ligna necessaria pro cubiculo nostro, ut ego magis afficiar ad promovendam fabricam ejusdem domus, et expensas particulares evitare possem applicando pecunias ad prædictam fabricam.

Consentiente Priore et conventu domus concedimus et approbamus.

Item peto ut si contingat fieri in eadem domo vel alibi electio canonica de mea persona, quod non obstante absolute facta ab officio Prioratus ejusdem domus possim eligi et confirmari ad beneplacitum V. R. P.

Concedimus.

Et quia diligentius deo incumbere fabricæ ejusdem domus Bruuellensis peto ut Provincia restituat pro fabrica pretium unius equi, quem mutuo dederam V. Patri Visitatori qui nomine Provinciae anno præterito venit ad Capitulum, et perdidit prædictum equum valoris ad minus 100 florenorum.

Equum et partem ducimus expensas viatici V. P. Visitatoris ad Capitulum hujus anni et pretium equi deperditi solvi a domibus provincie et restitui pro fabrica.

Etiam peto ut eadem Provincia restituat pro fabrica expensas quas hoc anno exposui adducendo et reducendo V. P. Visitatorem, qui etiam venit nomine Provinciae ad Capitulum generale.

Conceditur ut supra.

Etiam peto ut fiat liber arca et constitutur unus arca-
rius qui scribat in eodem libro quidquid Procurator
domesticus recipit ex proventibus domus, et quidquid ego
recepero ex elemosynis, ut non solum ex elemosynis aedi-
ficemus sed etiam ex his quae supererunt (dempta suspen-
satione Conventus) ex proventibus domus.

Committimus executionem huius articuli V. P. Visitatori.

Sunt quidam qui frustra scandalizantur de nostra equitatione
allegantes quod Abbates et alii prelati in illis partibus non
equitant in Curia. Sed non est eadem ratio de illis et mea
persona. Illi vero non tam longe distant, et raro egredium-
tur, ac aliquando in curribus pompis. Ego autem pedi-
bus a domo nostra montes illos ascendere non possum,
et si aliter ambularem Norvates cum quibus habeo nego-
tia potius, scandalizarentur. Nos tenemur servare hones-
tatem religiosam et debitam gravitatem Ordinis, et
non praebere saecularibus occasionem vilipensionis, quam
vident Priores et Procuratores solos per plateas inceden-
tes, et aliquando tabernas intrantes, et titubantes egre-
dientes, quod frequentius superioribus annis contingebat.

Ideo peto ut equitatura mihi sicut hactenus quamdiu
fuero in officio concedatur cum coopertura ex coreo us-
que ad stapedas sicut moris est.

Concedimus.

Ex hac humili equitatura saeculares bene edificabantur
prout mihi retulit Dominus Cymon Magister Computus
regii in hac civitate vir probus et pius ac honoratus. Et
ex corde doleo et deploro mores Priorum et officialium
huius temporis qui per civitatem ambulantes passim creati

Humilis equi-
tatura D. Petri
de Leon.

cum calcearibus velut nobiles.

Et quia frequentius exirem pedestem per civitatem si haberem unum honestum conversum, qui me comitaretur, peto a V. R. P. ut commendet V. Patri Visitatori famulum nostrum Guilielmum, qui anhelat ad habitum Conversum, ut si viderit illum aptum recipiat ad probationem, ut domui et mihi inserviat.

Committimus hoc prudentiæ Patris Visitatoris.

Iste Guilielmus inservivit fideliter prædicto Patri de Leon usque ad mortem, sed non moribus Converso aptis præditus quod et in Cartusia animadversum quoque est fuit portæ brassator aulae, et habuit uxores et proles, mortuus est in vicinia donatus beneficio Missæ de Domina. Alibi etiam conqueritur D. Petrus de Leon se frequenter petisse et quæsisisse Donatum Ordinis, qui ipsi inserviret et nunquam potuisse invenire.

Etiam peto ut possim venire ad Capitulum generale si mihi videbitur expedire ut semper me exhibeam humilem filium et servum V. R. P. et matris Cartusie.

Præquam accedatis significate nobis per litteras et expectate nostrum responsum.

Item peto ut pro tribus Agendis aut officiis defunctorum possim satisfacere celebrando unam Missam

Concedimus.

Et quia aliquando propter multas occupationes et varios discursus meos non potui ex integro persolvere omnia officia defunctorum ex Ordine debita peto misericorditer ut pro præteritis omissionibus impungatis mihi aliquas

Missæ una conceditur pro tribus Agendis.

Missas celebrandas quibus satisfaciam.

Sicite Missas decem pro præteritis omissis.

Etiam peto pro consolatione et conservatione conventus Anglorum ut quotiescumque indigerint nostra opera possim illis adesse et illos servare in suis necessitatibus.

Consulto et consentiente P. Visitatore cum præsens fuerit.

Data est mihi facultas a legato Summi Pontificis ad instantiam quorundam Principum et ministrorum regis audiendi illorum confessiones, quod tamen raro contingit. Sed quando veniunt ad me non possum illos recusare. Ideo peto a V. R. P. ut gratam et ratam habeat istam facultatem, quæ cum timore Dei exercetur ad salutem animarum, et eo magis quo pauciores sunt sacerdotes in illis partibus nostre nationis Hispanice, qui possint supra dictas personas audire.

Quanto rarius id fiet tanto melius.

In omnibus me humiliter committo et commendo dispositioni V. R. P. et spero quod nullas deinceps recipietis querelas de nostra conversatione deservante per merita orationum vestrarum.

Hæc declaro V. R. P. quod diebus festis consuevi celebrare post Missam conventualem propter devotionem quorundam benefactorum nostrorum qui sæpe veniunt ad nos ut audiant Missam, et sic non possum interesse rectoris.

Quando id fuerit necessarium concedimus.

Cartusice, 17 Maii 1599.

Subscripsit: Fr. Joannes, Prior Cartusie.

In Schæst domus abbatis conflagravit.

Domus abbatis quæ integra remanserat in antiquo monasterio post multas reparationes in vigilia B. Mariæ Magdalene fulmine tacta conflagravit cum villis mane ibidem et pridie 19 planstra

fani reposuisset, et tertio die ibidem repertus est adhuc ignis, et mansit cella ubi habitat villius illusa, licet esset conosa.

Albertus et Isa-
bella Belgarum
Principes.

Albertus Austriaeus et Isabella Clara Eugenia optimi Belgarum Principes Nonis Septembris magno spectaculorum apparatu Brusellis sunt excepti. Quo principes totius Belgii urbes per legatos advenere adventum suorum Principum eultantibus animis exosculantes. Concurrerant ad eos cuncti et velut ad gemellos illos castores respiciebant in diuturna hac bellorum tempestate, postea Lovanii, Antuerpiae, Gandavi, simili pompa et congratulatione excepti sunt, inter alios et D. Gislenus Hamme professor et Procurator Cartusiae Gandensis composuit carmina congratulatoria impressa Gandavi in-4^o.

D. Christianus
Noetz qui fuit
ultimus Prior primus
in schuet moribus

20 Septembris Antuerpiae obiit V. P. D. Christianus Noetz fuerat Prior domus Zinzece deinde hujus domus Brusellensis annis 21 et longo tempore Visitator provinciae.

Upsi loco institutus est D. Godefridus Halmael professor domus Lovaniensis Vicarius Lyrae in Rectorem dictae domus Lyrae, qui non diu post absolvit comprofessum suum D. Joannem Cooman ab officio Procuratoris et alter datus est ei D. Joannes Henningius.

D. Joannes l'A-
postole primus
professor in nova
domo Brusellensi.

D. Joannes l'Apostole Mechliniensis, de quo superiori anno agimus, Novitius in Cartusia Lovaniensi ad instantiam D. Arnoldi Harens Prioris hujus domus permissus et praemissus est ut primus in hac nova domo professionem sub praedicto Patre emitteret sicut factum est in vigilia S. Martini 10 Novembris quod felix faustumque sit. Juvenis erat 22 annorum egregia et procera statura; nostri solverunt expensas ipsius Novitatus domui Lovaniensi 100 florenos sicut prosum et sequum erat.)

Zacharias Lippelous
scriptor moritur.

Milium ipsius ele-
gantem fatentur et
estranii.

Zacharias Lippelous Antuerpiensis ante Ordinis ingressum
IV Baccalaureus Christo Colonia dare nomen cepit anno 1587
qui cum felici esset ingenii atque elegantivis stili nitore
polleret prolixiores illos Laurentii Surii sanctorum libros
in compendium redegit. Quod deinde revidere atque historicis
aliquot augere seris dum moliretur continuis exhaustus
studiis in phthisin incidit, quæ paulatim ita confecit homi-
nem, ut licet florenti esset ætate ac corpore bene compacto
fato tamen ante tempus concesserit inambulando namque
ac scribendo propemodum occubuit hoc anno 20 Novembris ætatis 33.

D. Dionysius Rous-
seau professor do-
mus Parisiensis 57
annos vixit in Or-
dine.

In antiquitatibus Parisiensibus notatur hoc anno 1599 obiisse
D. Dionysius Rousseau qui 57 annis vixit in Ordine neque
unquam domum aut cellam mutavit, propterea autor

D. Jacobus Bruel religiosus S. Germani Ordinis S. Bene-
dicti, ipsum comparat aut præfert antiquis eremiti.

Cardinalis Capeta-
nus protector nostri
Ordinis fato conce-
dit.

Ill^{mus} et R^{mus} D. D. Henricus S. R. E. Cardinalis Capetanus, S. D. N. P. P.
Camerarius et nostri Ordinis protector amplissimus morbo cor-
reptus in medio vitæ et immatura adhuc gloria cursu Romæ
interimitur, et in S. Pudentiandæ sacello a se restaurato sepelitur.
Qui supremum tumuli honorem procuraverunt, eidem hæc
etiam adscribi perennis memoria ergo voluerunt;

Ejus Epitaphium

Henricus Capetanus bit. S. Pudentiandæ Presb. Card. S. R. E.
Camerarius, Legatus apostolicus, primum Bononiæ, secundo
in Gallia in obsid. Parisien. tertium in Polonia contra Turcas
sanctæ hujus Ecclesiæ, et sacelli a fundamentis instaurator
hic quiescit. Vir pietate, candore, magnitudine et fortitu-
dine animi memorabilis. Ecclesiæ inservivit summa
domi forisque auctoritate, et apud omnes Ordines gratia.
Obiit annum ægens L. an. Dom. MD. IC. Id. Decemb.

Longius latiusque ingenii ipsius famam protulerunt egregia eius opera ob industriam et spectatam eruditionem laudata.

Non alium praeterea sub Clemente VIII sortiti sumus protectorem; sicuti nec modo sub Urbano VIII habemus.

An expediat
habere singu-
larem protec-
torem.

Post mortem primi protectoris Societatis Jesu consultandum visum est Patribus essetne supplicandum Pontifici ut novum sufficeret Patronum nec ne. Proerat exemplum aliarum Religionum; ex parte tamen altera deterrebant exempla perversitatis humane paratis ad salutem praesidiis in perniciem abutentis. Cum satis appareat levissimos quosque religiosorum hac illac non raro extra disciplinae cancellos per umbram Patronorum effluere, et aulicorum interdum quosdam inferre religiosorum negotiis, et minime expertos ea tractare quae prudentiam usus requirunt. Quidquid laxando imperio minuendaque unius propositi auctoritati ac remittendo Ordini sit plane constat esse ei maxime periculosum. Satius videbatur omnes Patronorum numerare loco, omnesque pro tempore causaque appellare, quam uni nominatim esse affixos, per eius tutelam ceteri se quodammodo cura exemptos rati minore studio cum opus foret causam susciperent.

Sic censerunt et sancerunt longe ante Patres Ordinis nostri 3 Compil. Statut. cap. 13, § 7, et in Nova Statut. Collect. cap. 22, num. 68.

Cum Ordo noster sit sub speciali protectione Sedis Apostolicae inhibetur omnibus et singulis personis Ordinis ne sine scitu et speciali commissione Capituli generalis aliquem

sive aliquos ex Dominis Cardinalibus per Breve Apostolicum aut alias in protectores speciales impetrare vel sibi procurare presumant, omnium enim auxilio et protectione indigemus, unde cum speciales aliquos impetrare volumus ceteris quodammodo derogamus.

Pontifex cum vehementer probasset ne quis unus nominatum Patronus assumeretur a Societate, clementer adiecit patrocinium vestrum ipsi nos recipimus nos erimus vester Protector, quod hoc tempore Clementem clementer nostris diasse fertur.

Verum enim vero pro pensionem eam Pii IV (si bene recorder) querissimè nos obsecrationes quemadmodum concusserunt nec modice immutaverunt narrat historicus, et quomodo alienatus a Societate fuerit Pontifex, atque ita experientia docuit necessarium esse protectorem seu mediatorem apud supremum illum protectorem.

Hoc anno 1599, 2 Junii impliciter duello decertavit D. Philippus frater notus Ducis Sabaudie contra D. Crequi l'Esdigieres generum, a quo occisus fuit. Exitus pugnantium mors est (Seneca). Cartusiani Petri Castri cum sepulture ecclesiasticæ mandare recusarunt. Non enim satis putarunt majores eas penas constituisse, quas possit aliquis excipere in vita; multos tangit sepultura: ad cogitationem post se futurorum plerique gravius morantur. (Quintil. Declar. 24.)

Formula precum quæ hoc tempore recitabantur a Presidente* diebus Dominicis in Capitulo.

Orabimus, dilectissimi Patres, pro omni statu sanctæ matris Ecclesiæ. Pro sanctissimo Patre nostro Clemente Summo Pontifice, pro suis Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis,

* Intelligo V.P. Petrum
de Leon Hispanum.

Episcopis, et aliis ejusdem Ecclesie Prelatis. Pro Reverendo Patre nostro N. Priore Majoris Cartusie, ac aliis Prioribus et personis Ordinis nostri, pro nobismet ipsis, et pro nostra Congregatione, et bona directione, et promotione domus nostre et omnium negotiorum nostrorum tam spirituum alium quam temporalium, ut omnis nostra actio et operatio dirigatur ad honorem Dei et salutem animarum nostrarum.

Orabimus etiam pro Serenissimo Imperatore Rudolpho, pro catholico Rege nostro Philippo, pro serenissimis et piatissimis Principibus nostris Alberto et Elizabeth, ac aliis regibus et Principibus christianis, ut Deus super illos et super omnes populos illis commissos unionis gratiam clementer infundat quatenus divisione respecta vero Pastori Ecclesie se unientes illi digne valeant famulari.

Orabimus præterea pro omnibus Benefactoribus nostris amicis, recommendatis, afflictis, captivis, existentibus in peccato mortali, et in quacumque tribulatione animæ aut corporis constitutis, et præcipue pro Senatoribus hujus civitatis primis fundatoribus antiqui monasterii nostri, et pro ministris regis ac præfectis militum. Pro militibus exercitus catholice Majestatis qui conferunt elemosinas ad ejusdem monasterii restorationem.

Orabimus denique pro omnibus istis, et pro aliis omnibus quibus tenemur, et pro quibus debemus, et assueti sumus orare tam vivis quam defunctis, ac pro illis singulariter, quorum nomina occurrunt hac hebdomada pronuntianda in Calendario conventuali hujus domus ut Deus concedere dignetur vivis suam gratiam, et defunctis requiem sempiternam.

nam: dicendo psalmum et preces consuetas.

Anno ab orbe condito iuxta LXX 6218.

Iuxta vulgatam et emendatam editionem 5632

Olympiadis 593 anno 2 ab Urbe condita secundum Varronem 2381
Christi Redemptoris nostri anno jubileo et seculari 1600
Clementis VIII Papae 9, Rudolphi II Imp. 24, Philippus III Hisp. Regis 3.

Annus fuit hic in urbe et orbe jubileo percelebris, quo
in mediis haereticorum turbis militumque tumultibus de-
mirandus apparuit huius gratiae consequendae ardor,
confluente Romanæ ex omnibus Europæ partibus maxima
populorum multitudine, Romanisque eos omnes insi-
gni caritate et liberalitate excipientibus.

Primo die anni et sæculi domus Lovaniensis bonum
serenium habuit suo florentium annue ex legato D. Wilhel-
mi Horii Severbergio qui eo die emisit professionem
cum bono ordine.

29 Januarii obiit Reverendus in Christo Pater D. Joannes
Michael professor domus Parisiensis et Prior Majoris Car-
tusie, savignæ Ordinis nostri generalis Minister, alias
Prior domorum ejusdem Parisiensis et Ligeti, Visitator
provincia Francica habens triplicem Monachatum
et Abbatiam de B. Maria per totum Ordinem in quo
pie vivit 45 annis. Vir, ut ait D. Arnoldus Heavens totus
spiritualis ac divinus. Et si quis tanti Patris virtutum
quoddam cupiat habere compendium, audiat quæ
D. Ch. Petreus in epistola præfixa Confessione Grego-
riana scribat: Mox, inquit, ab ipsa adolescentia ju-
gum Domini portare cepisti, et arctissimum Cartusianæ

Fuit hic annus
celebris jubileo ho-
mum petentibus
concesso. Innumeri
mortales eo conflu-
erunt ea indul-
gentia invitati.

Obitus R. P. D. Jo-
annis Michaelis.

solitudinis rigorem nihil reformidans, in eam sodalitatem nomen dedisti, quæ ex quo primum instituta est perpetuum quoddam inexhaustæ fecunditatis seminarium, hominum et doctrina et pietate præstantium existit, in qua tam præclarum maximarum virtutum specimen edidisti, ut celeberrimæ Parisiensi Cartusicæ præfectus atque amplissimæ provinciæ Gallicanæ Visitator designatus omnes in tui admirationem raperes. Ita ut pius ille tuus prædecessor R. P. Hieronymus Marchand acutissimi ingenii atque infallibilis iudicii vir, tantarum virtutum odore allectus, te sibi in perpetuum assessorem delegerit, qui gravissimis Ordinis negotiis pertractandis, non cum aliis interesset modo sed et solus quandoque ea disponeres, et chyrographo tuo tanquam suo fides et adhiberetur per chartam Capituli generalis universo mandaverit Ordini; nec ea solum fama intra amplissimi Ordinis nostri se continuit limites, sed longe lateque diffusa ipsos etiam totius orbis præstantissimos Parisienses theologos, ipsumque numerosum clerum Parisiensem allexit, dignumque qui pro totius cleri causa tanquam fidelis patronus, et zelator religionis præcipuus ad comitia totius regni Gallicani diligenter judicavit, ac tandem id ipsum precibus a generali Ordinis obtinuit et impetravit (vide etiam superius, si bene recorder, ipsum ducem fuisse ecclesiasticorum) qui in armis erant dum civitas Parisiensis obsideretur a rege Navarreo adhuc hæretico, qui postea regnum Franciæ obtinens caute petiit mutuo a Cartusianis Parisiensibus nonaginta milia florenorum in sumptus belli, quibus

postea dum de repetendis agerent dictum, illos contra regem stetisse at propterea ista multa merito plecti.

Verum hæc missa faciens ad id me converto, quod in hac summa totius Ordinis præfectura (qua adhuc vivens omnibus te modis dignum tuus ille felix recordationis prædecessor non solum proclamabat, sed ut subrogareris totis viribus, totoque conatu lacrymis apud Deum, precibus apud homines contendelat) dignum apud homines laude, et apud Deum retributione peragisti. Nam R. P. E. aliquot e suis Majoris Cartusie professis, singularis eruditionis atque admirandæ pietatis viros, ad diversas orbis provincias destinavit, qui collapsam monasticæ vitæ rigorem (ubi id postularet necessitas) ad severioris discipline regulam revocarent. Neque vero hic substitit præterita tua sollicitudo, sed omnes etiam ingenii nervos in dies ex dirigit, ut Majoremilliam Cartusiam matrem (exemplar a Domino nobis in montibus Cartusie monstratum) selectissima novella plantatione per quam insignem efficiat, atque hinc est quod quandoque viginti, quandoque plures optimæ spei juvenes, uno eodemque tempore apud vos reperiantur (quod a quingentis annis nunquam fuit visum) qui in novitiatu constituti laudabile sui tyrocinii specimen omnibus exhibeant, idque sub tali ac tanto Patre, cuius consilia, ut quandoque fuere Republicæ Gallicanæ salutaria ita nunc sunt Ordini fructuosa et exempla novitiis perutilia. Ita ut timendum non sit sub tanto capite, tamque præcellenti præsule atque sub tam idoneis Rectoribus et eximiiis speculatoribus nostrum hunc cætum cartusianum, quem Deus Omnipotens tam clementer et benigne a principio ad hodiernum usque diem fovere, dirigere ac protegere dignatus est ad aliquem

Numerus Novi-
tiorum in Car-
tusie sub R. P.
Joanne Michæle.

laxiorem vitæ statum (quod Deus avertat) aliquando declinatorum.

R. P. D. Bruno cum hoc novo sæculo regimen domus Cartusie et totius Ar-
 D'Affringues Prie-
 Cartusie et Gene-
 ralis Ordinis.
 dinis auspiciatus est R. D. Bruno D'Affringues professor Cartusie
 et Prieur tunc domus Arinioris, precedentibus prophetis nam
 cum esset officialis episcopi ----- eum adduxit ad Cartusiam
 dicens P. Hieronimo: Reverende Pater, adduco tibi R. Patrem,
 sicut hoc anno comprobatum est, natione autem Belga Au-
 domarensis.

Hollandi progres-
 sus magnos fa-
 ciunt obtensis
 Vuachendoncka,
 Crevecordia et
 propugnaculo
 S. Andree.
 Vuachendoncka cum arce presidio vacua occupatur a lu-
 dorico Nassovio. Opportuna ea arce ad vicina presidia in-
 festanda, ac novis operibus a confederatis (quorum ea virtus
 ut parata tueri pro virili studeant) munita, firmissimis istius
 provincie propugnaculis merito accensenda est singulare
 certamen inter quosdam regios et Gallos qui inter Hollandos
 merebantur prope Buscoducum.

Hollandi Crevecordiam et propugnaculum S. Andree pecunia
 magis quam armis obtinent, quæ si salva fuissent nunc
 adhuc Buscoducum staret in fide Ecclesie et regis.

Tumultus inter inter Archiducum milites ob non soluta stipen-
 dia, ob quas accensæ seditioris faeces extinguendas Comititia ordinum
 jussu Principum Bruxellæ celebrata.

Hoc anno plerique antiqui suum diem obierunt D. Joannes
 Fontis antiquior S. Crucis qui 63, soror Barbara Montanche
 professa domus Brugensis quæ totidem annis scilicet 63, soror
 autem Florentia Gamot professa domus Gornay quæ 72 et
 soror Anna Pronot Donatissa domus Brugensis quæ 87 annis
 in ordine laudabiliter viverunt.

Obierunt monachi 51, Conversi 20, clericales 9, Donati 6; persone 86.
 Inter seculares præcipui Illustis D. Michael de Mura

D. Michael de Alora Gubernator regni Portugaliae qui habuit Monachatum, quia gubernator Lusitaniae, promotor domus Ulyssiponensis.

Illustris Dominus Josephus ab Aragonia haeres fundatoris domus Aulae Dei et eiusdem domus patronus bene meritus.

Ordinatio Provinciae

Priori domus sylva S. Martini non fit misericordia, quem instanter hortamur ut diligenter intendat reparationi et instaurationi dictae domus. Et D. Martinus ibidem professor vadat ad domum Bruxellae ibique exerceat officium sacristae. Verum jam unus sacrista D. Joannes l'Apostole erat constitutus, et quia dictus D. Martinus pedibus defectuosus, Venerabilis Prior scripsit ad Cartusiam ut huc non accederet, quem quia tenere junctis noverat aliquis commendaverat. Et D. Joanni professo domus Coloniae ibidem hospiti provideat domus Leodii de necessariis loco D. Erasmi (Valentini) professo domus Leodii et hospiti in domo Coloniae, in qua plerumque annos exegit ereatque senior.

Ponorum domus Hollandicae Administrationem committimus Visitatori provinciae, qui ad haec uti poterit opera D. Erasmi professo dictae domus habitum suam residentiam in domo Visitatoris, et nihil acturi sine consilio et consensu eiusdem (sicut etiam jam actus habitabat in hac domo).

Ponorum domus Campensis si quae sint et domorum Amstelredamensis et Lovicuae et similibus domorum destructionum administrationem committimus Visitatori provinciae, et cui ille commiserit, qui inde subveniet paupertati domus Lovanii donec praedictae domus restaurentur (quod saepius fuit ordinatum, quod beneficium dictae domus Lovaniensis jam non satis agnovit).

Priori domus Gandavi non fit misericordia, et Visitationem dictae domus committimus Priori Valencenarum cum socio per

sum assumendo.

Priori domus Leodii non fit misericordia et D. Guilielmus professor domus Lovanii (pateo Beyerem absolutum Priorem) ibidem hospes vadat hospitatum ad aliquam domum provincie Itheni quam Visitator dictae provincie assignabit (post 4 annos obiit Leodii) loco dicti Petri professi domus Hurtemunde qui Leodii hospitatur. Et Fr. Thomas Donatus domus Brussellae ibidem hospes (missus a P. Arnoldo) vadat ad domum Dispersam.

Priori domus Brussellae non fit misericordia. Et D. Joannes Navilla professor domus Leodii ibidem sacrista vadat ad domum Sylvae S. Martini, ibique fungatur officio Vicarii et D. Petrus professor domus Leodii vadat hospitatum ad domum Lyrae, hos enim pro adiutorio evocaverat superiori anno P. Arnoldus Prior et Visitator; spatia autem dictae domus per Visitatores limitentur et designentur quod tantum anno 1614 factum est non sine praefudicio si non discipline tamen obloquutionis toleratae.

Missalia im-
primi jubentur.

Capitulum generale rogat R. Patrem ut hoc anno si fieri posset negotium inceptum pro impressione novorum missalium et Breviariorum Ordinis nostri executioni demandetur: breviana nedium habuimus quamvis repetita fuerit non semel ordinatio. Missalia vero bis impressa fuerunt.

Honiliaria
empta.

Empta fuerunt hoc anno tria honiliaria lectionum quae constiterunt compacta 38 florenis.

Nunquam ra-
viores ordinatio-
nes quam sub
moderno R. Patre
Brunone.

Nulla praeterea facta fuit ordinatio, abstinuitque modernus R. P. D. Bruno D'Affringes a multiplicatione ordinationum toto regiminis sui tempore, prout in ultima Collectione Statutorum sancitum fuerat et renovatum anno 1597.

Status Capituli generalis ex relatione Auditorum Computorum